De conjuratione
Catilinae

. CRISPI SALLVSTII, DE CONIVRATIONE Catilinæ, & bello Iugurthino, historiæ, nuper ad Archetypon Aldi Manutii, q̃ uigilantissime emendatæ ac impressæ.

LECTORI. SENARIVS.

Habes ad unguem Lector en Salustium
Cura politum non leui Manutii,
Horumq; qui passim sibi sunt ad manum.
Vultu nouo, nouisq; præditum typis,
Mire disertum, nec minus mire breuem,
Quo tot scatent sententiæ quot lineæ,
Ingens quibus legendo fructus carpitur
Dum moribus primatium plebis feruida
Non conuenit, dum pessimus se pessimis
Sociat, boni dum præualent prudentia,
Virtutibus, uel bellicis, uel ciuicis,
Dum fraus, & in cognita cædes uiscera
Pudore, uinclis, morte sæua, penditur.

IOACHIMVS VADIANVS, CRISTOPHORO Crasso Heluetio, discipulo suo. S. D.



Rofitenti mihi, æstate proxima, Salustii elegantissimas historias, de coniuratione Sergii Catilinæ, & eo bello quod a Romanis cōtra Iugurtham Numidiæ Regem gestum est, uix dixero, quanta molestia lectionis insumptæ, & quædam quasi fastidientis stomachi nausea acciderit. Nec id qdem scriptoris difficultate, qui breuitate fecūdissima, ubiq; mihi apertissimus semp uisus est. Sed exemplariū, quæ passim mihi conquisiuerā, tam dissona, tamq; multiformi pluribus in locis uarietate. In quibus, minus ægre tulissem, loca compluria corrupta, uel exscribētium inscitia, uel Calcographorum negligentia, Ni stilus ipse, uoculis tam multifaria structura trāspositis, in singulis alium, aliūq; uultū præstiterit. quod dum euenit, incertum erat, quid potissimū sequeremur: Quo ue ordine Sallustius ipse scripserit. Scire enim te iam existimo, q̄ emunctæ naris, q̄ acuti ingenii, illum esse oporteat, qui se confidit, posse autori, per tot sæcula & tā miseranda negligentiæ tēpora decurrēti. pristinā natiuæ latinitatis, doctrinæ, ac gratiæ formam restituere. Id quod tempestate nostra, in Plinio Hermolaus Barbarus multa gloria nixus est, quodq; in Sallustio superioribus annis Pompo. Lætum fecisse pleriq; negant, eāq; epistolam quæ circunfertur, suppositiciam atq; adulterinam, quāuis sit elegantiss. opinātur, pleriq; uero asserunt. Quod Hieronymus Auātius, singulari quadam ac genuina ad eam rem Minerua, his annis, cum in Lucretio tum

aliis feliciter cõsecutus est. Quod Aldus ille Manutius, & si alias sæpius, præcipue tamẽ in Sallustio egit, ad cuiꝰ exẽplaria nuꝑ in lucem data, tanq̃ ad radicẽ quandã e littore pendentem, reliquoꝝ uorticibus intricatis fere absorptus, cõtendi. Dediq; operã apud Leonardum Alantsee, Bibliopolã industriũ, & utilitati literariæ nõ nihil suis impensis consulentẽ, uti rursum ad Archetypon Aldi Sallustius mille exẽplaribus effigiatus increbresceret, quẽ ego, unice elimatum, & Sallustianæ simetriæ fere iconicos respondentẽ, iudico, cæteris exẽplaribus, quæ equidẽ uiderim, minus spectatæ fidei præseferentibus, quod & tu legendo deprehendes, quẽ idcirco admonitũ uolui, & cæteri studiosi forsan ea in re, a me non dissentient. Adiecta sunt ab Aldo, de Sallustio nõ nulla, ex Petro Crinito de claris oratoribus. Deinde ex Gellio Plinioq;, quæ ad rerũ descriptarum noticiã facere uisa sunt, quas ea stili gratia, complexus est autor, ut eum lib. 10. Quintilianus Thucydidi, tali scribendi genere, inter Græcos nominatissimo, opponere nõ dubitarit. Sallustiũ quoq; diuus Aug. li Ciuitatis primo, quadã honoris præfatione, nobilitate ueritatis historicũ nominarit. Quẽ & Apophoretis Martialis celebrauit hoc Disticho. Hic erit ut perhibent doctorũ corda uirorum, Crispus Romana primus in historia. Quem tu mi Cristophore, si modo præceptori aurẽ prebiturus es, ut Enchiridium, Diarium ue insinuans, non leges modo relegesq;, sed & paulatim edisces. Vale. Viennæ Pannoniæ. Sexto Calendas Nouembris. Anno Domini. M.D.XI. Victore MAXIMILIANO Cæsare. F. P.

Jesus Maria

TESTIMONIVM ELIMATI CODICIS PER ALDVM, EX EPISTOLA EIVS PRAELIMINARI.

QVAE (inquit) exemplaria q̃ sint correcta & emendata statim in principio de coniuratione Catilinæ licet cognoscere. Nam quod fere in aliis legitur. Nam imperiũ facile his artibus retinetur, q̃bus in initio partum est. Verum ubi pro labore desidia, pro continentia, & æquitate libido, atq; superbia inuasere, fortuna simul cõmutat̃ cũ moribus. Ita imperiũ semp̃ ab optimo quoq; ad minus bonũ transfertur, in his sic habet̃. Ita imperium semp̃ ad optimũ quenq; a minus bono trãsfertur. quæ uera est lectio. Est enim sensus. Imperium in initio uirtute ab optimis partum, eadem uirtute facile retinetur. Prauis autem rectoribus factis immutatur fortuna cum moribus, & imperium, rursus ad optimos redit. &c.

EX LIBRIS PETRI CRINITI DE HISTORICIS AC ORATORIBVS LATINIS.


AIVS CRISPVS SALLVSTIus Amiterni natus traditur in agro Sabino, quo anno Atheniensium urbs, a. L. Sylla deuicta, atque uastata est, ut Romani annales referunt, ex nobili Sallustiorum familia ortus est, quæ diu in secundo ordine dignitatem seruauit. Idem in urbe educatus creditur, & a teneris annis operam, ac studium impendisse optimis disciplinis. Sed cum in ea tempora incidisset, quibus corrupti ciuium mores, uariis partibus, atq; factionibus forent, neq; uirtuti præmia, aut bonis ingeniis adessent, in tam deprauata ciuitate, quod idem Sallustius fatetur, uictum eius ingenium uoluptatibus, facile succubuit. Itaq; cum ad Remp. pro ætate foret delatus, propter ciuium improbitatem & factiones, multa aduersa pertulit: nam tum præcipue Syllanis partibus infecta ciuitas æstuabat. constat ex ueterum commentariis, Sallustium ipsum ingenio fuisse acri, & in studiis litterarum accurato, tum maxime in scribenda historia. Præceptorē habuit inter alios Atteium prætextatū, qui Philologum se appellauit, & ab eo edoctus est de ratione recte scribendi, ut a Suetonio Tranquillo traditur, qui & Asiniū quoq; Pollionem scribit ab eodem Prætextato eruditum, atq; instructum. maxime autem. M. Catonis studiosus fuit, ex cuius cōmentariis uerba excerpsit, & uelut breuiarium ad usum proprium habuit, quod Octauius quoq; Aug. in epistola ad. M. Antonium refert, in qua ipsum Antoniū,

ceu insanientem increpat, quod ea scribere uellet, quæ mirentur potius homines, quam quæ intelligant, sed interim ad Sallustii cõmentarios. Historiã composuit de. L. Catilinæ cõiuratione cõtra Rom. Senatum & item de bello Iugurthæ, qui Numidiæ Rex factus, diu contra Romanos strenue rem gessit. Historiã præterea de Romanorũ gestis, ut de Mario, & Sylla, necnon de Pompeio contra Regem Mithridatẽ, quod opus libris aliquot a Sallustio absolutũ traditur. Et adhuc supersunt quædam ueluti ab solutissimi operis reliquiæ, in quibus Sallustii diligẽtia in historia describẽda, atq; grauitas appareat. In parte operis de rebus punicis tãto aĩmi studio incubuit, ut a qbusdã scriptum sit, eũ regionem adiisse, ac maxima solertia perlustrasse, quo maiore fide atq; officio ueritatẽ exploraret Auienus certe Rufus plurimũ Sallustii diligentiam, atq; studium cõmendauit. Sed & Gellius uir Romanus, q ueterũ eruditiõis Aristarchus habetur, ita de Sallustii oratione disserit. Elegãtia inquit Sallustii uerborũq; facũdia & nouandi studium, cum multa prorsus inuidia fuit. plures nõ mediocri ingenio uiri conati sunt reprehẽdere pleraq; & obtrectare, inqbus plura inscite, aut maligne uellicant. Quin & hunc proprietatis seruantissimũ uocat. T. aũt Liuius tam iniquus Sallustio fuit, sicuti ab Anneo Seneca scribitur, ut quædã ex historia Thucydidis trãslata, & elegãter assũpta, uelut deprauata, & corrupta illi obiecit. Idq; ipsum nõ in Thucydidis gratiã effecit, ut Arellius Fuscus dicebat, uerum putauit se facilius Sallustium uincere, si prius Thucydidem ipsum præferret. Asinius quoq; Pollio librum scripsit, quos Sallustii scripta reprehenderet

henderet, quod in iis nimia quidem affectatiõe antiquitatem sequeretur. Fabius uero Quintilianus, uir maturo & graui iudicio, asseruit, oratione Sallustii, atq; breuitate nihil fieri posse perfectius, præsertim apud uacuas & eruditas aures. neq; ueritus est idem Fabius, autori Thucydidi in scribenda historia apud Græcos principi, Sallustium ipsum opponere, sicuti. T. Liuium Herodoto, quo factũ est, ut cum plures uoluerint dicendi genus Sallustianum sequi, minime sunt assecuti. est enim eius oratio tam absoluta, tam casta & innocens, ut merito ab eruditis diuina breuitas censeatur. nam & Aruntius, qui belli punici historiam scripsit, Sallustio tantũ concessit, ut eius orationẽ maximo studio sequeretur, quod alibi diximus. Nec illud ignoratur, cõsueuisse Sallustium magno labore ac studio scribere. ut nihil non absolutum, atq; perfectum uideri posset. quod ex ipsa lectione facile colligitur. Amicos in primis habuit doctrina, & ingenio nobiles, ut Cor. nepotem, Messalam & Nigidium Figulum, q periisse in exilio tradit'. Iulium præterea Cæsarem magno studio dilexit, a quo etiam ut creditur, dignitate præfecturæ honestatus est. Illud item a Suetonio refertur, Lenæum grãmaticum Pompei libertum, satyras contra Sallustiũ composuisse, eumq; mordaci & uirulẽto carmine lacerasse, ut qui Lurconem illum, popinionemq;, & nebulonẽ ac lastaurũ appellarit, tum ita scriptisq;, monstrosum, ac. M. Catonis furem in eruditissimũ, quod ipsum nõ alia ratione a Lenæo factum creditur, quã ut studium suum, atq; officium erga patronum Pompeium probaret, quem uirum Cris. Sallustius ore probo, animo aũt inuerecundo esse scripserat.

Itaq; mirandum non est si tam acerbe, atq; satyrice libertus, Lenæus contra Sallustium aciem stili exacuit. Quãtum odii, atq; inimicitiæ inter hunc & M. Ciceronem extiterit, notissimum est, quod utriusq; uiolentiæ, atq; acerrimæ orationes ita demonstrant, ut neuter uideri possit satis sui rationem habuisse, dum alteri male diceret. Qua in re non sunt multa referenda, cum ex Hieronymi, ac Fabii autoritate constet, eos homines longe aberrasse, qui confictas magis orationes ab aliis, quam a Sallustio & Cicerone habitas crediderint. Et sane tam corruptis moribus Sallustius ingenio tam procliui ad luxum fuit, ut paternã domum uiuente adhuc patre, turpissima ratione uenalem haberet, quod illi inter alia uitia a. M. Cicerone exprobatur. Sed a Varrone etiã & Gellio traditum est, eundem fuisse in adulterio deprehensum ab Annio Milone, lorisq; cæsum, ac data pecunia dimissum, qua ratiõe factum est, ut. M. Cicero appellare illum non dubitauerit, mensarum assectam, cubiculorum pellicem, & adulterum. Dignitates publicas gessit, & quæsturæ, ac tribunatus honorem assecutus est. Sed nulla quidem laude, aut cõmendatiõe, adeo libidine magis, q̃ ratione & publice & priuatim uixisse. nam & bis uocatus est in iudicium & ad iudicũ subsellia abstractus, fortuna extrema (ut inquit. Cice.) stetit. Scribunt autem grãmatici ea caussa de Senatu eiectum fuisse a censoribus, quod ingenti libidine matronas consectaretur. Illud quoq; de Sallustio relatum est, patrocinio & fauore. C. Cæsaris consecutum fuisse præturã Africæ interioris, ex qua diues factus, cum in urbem rediret, preciosissimos, atq; amœnissimos hortos in regione ad malũ

punicum

punicum comparauit, ac Tiburti uillam, quæ a Cicerone itidem illi obiciuntur. neq; desunt qui scribant Terentiam M. Ciceronis uxorem ab eo repudiatam, Sallustio nupsisse, ac deinceps Messalæ Coruino, uiro in eloquentia clarissimo, quod etiam suo loco scripsimus. Sciendum est fuisse plures Sallustios, nam & Gneus a. M. Tullio celebratur in Sallustiorum familia insignis, & M. Ciceroni, ac Gn. Pompeio maxime familiaris, quod ex his epistolis colligitur, quas Cicero ad Pomponium Atticũ scribit. qua in re imprudenter quidam decepti sunt, cũ Sallustii Empedoclea ignorarent, ut alibi demonstraui. Sunt qui tradunt, ad annum secundum & xl. eũ uixisse, & in patria annis aliquot post obitum. C. Cæsaris diem extremũ obiisse, quod ex ueterum cõmentariis colligitur. Illud præterea de hoc ipso Crispo Romæ circũlatum est, ut multi testantur.

Hic erit ut perhibent doctorum corda uirorum,
Crispus Romana primus in historia.

CRISPI SALLVSTII ORATORIS CLARISSIMI VITA.



Rispus Sallustius uir patricius ab ineunte ætate bonis artibus imbutus, ad Remp. gerendam animum applicuit, in qua non pauca aduersa passus prudentia sua superauit. Et Respu. iam Carthagine, atq; Numnatia euersa, Asiaq; domita, ut nec nobilitati, nec uirtuti sua redderentur præmia, atq; impudenti, atq; audacissimo cuiq; plebs obse-

querentur. Hinc dominatus. L. Syllæ, & proscriptionis tabula Romanis ciuibus prius ignota, prolata est. hinc flagitiosa Catilinæ coniuratio. Hinc bellum ciuile inter Cæsarem & Pompeium exortum libertatem ciuitati ademit. His igitur hominum moribus conflictatum Crispi ingenium suapte natura integrum iuuenili, ac flagranti ætate procliuem ad adulteria libido rapuit, atq; corrupit, neq; id impune diu admisit. Nam, ut Varro tradit, ab Annio Milone domi deprehensus, & grandi pecunia multatus est, bis ad subselia accusatus, atq; absolutus a iudicibus non sine pecunia, ut fertur discessit domum auitam tanto patris dolore iam ætate confecti uendidit, ut uita decedere cogeretur. Consumptis igit͂ opibus patriis, & quæstura prius functus, deinde tribunus plebis creatus est. Ac postremo prætorem ulterioris Africæ designatũ eum procõsulem cum exercitu regno Iubæ Rege necato Cæsar præfecit, atq; in prouinciam redegit. Quæ sane Crispus mutatis moribus iam grauescente ætate per libidinem, atque flagitia prodegisset, non modo recuperauit, sed preciosissimos in urbe hortos, tiburtinamq; uillam ab ipso Iulio emit. Cuius nutu bello ciuili iam peracto omĩa regebantur. nec leges maiorum amplius in Rep. administranda seruabantur. Si externo, atq; barbaro cuiq; si Cæsari iubebat in Senatum aditus patebat, ac sententiã non consularis, sed Gallus aut ignobilis, ac sordidus quisque dicebat. Quibus rebus indignatus Sallustius Remp. deseruit, atq; ad intermissa studia rediens, quæq; a populo Romano præclare gesta fuissent, scribere decreuit, ne id ipsum ocii quod elegerat, ignauia, atq; desidia terreret.

Aut illiberalibus officiis intẽtus, minus utilis Reip. foret quam antehac extitisset. Aggressus igitur bellum contra Catilinæ coniurationẽ, atq; Iugurtham Numidarum potentissimum, ac prudentissimum gestum, tanta cura, atq; diligentia perscripsit, ut non Annales Romanos modo, sed Punicos & Afros, ac peritus illius linguæ Romanorũ gesta diligẽter euolueret, atq; in Africam traiecit, ne quæ legerat tantum, sed uisu certiora etiam facta posteris nar raret. In hoc autem genere scribẽdi tantum laudis assecu tus, ut Quintilianus grauis, atq; seuerus iudex Thucydidi Græco historiarum scriptori adæquet, quem Cicero tantopere laudat, atq; sententiis crebrum autumat, ut pene uerborum copiam sententiarũ frequentia consequatur. Amicos habuit Cornelium nepotem eodem scribẽdæ historiæ studio delectatũ, ac. P. Nigidium Figulum, ac omnium doctrinarũ genere non inferiorem Varroni. Cicero uero ex familiari inimicus factus, nescio qua de caussa Terentiam uxorẽ ab eodem Cicerone repudiatam in uxorẽ duxit, ut ab ea quãdiu summa beneuolẽtia cum Cicerone uixerit, atq; suorum consiliorum nõ ignara aliquid turpe eliceret, quo acrius, atq; turpius in eũ inueheretur, cuius in Ciceronem extat inuectiua, quam frequenti Senatu ha buisse fertur. Natus Amiterni in sabinis bello Iugurthino Romæ educatus. Crispus habitauit iuxta Mineruam, ubi nunc templum Diuæ Mariæ ueneratur. Atq; in hunc usq; diem Sallustiana domus uocatur. Vixit usq; ad sexagesimũ secundum annum, septimũ post Cæsaris obitum. Cuius Terentia uxor postea Messalæ Coruino præstantissimo sua ætate oratori nupsit.

Ex PLINIO DE VIRIS ILLVSTRIBVS.


Vintus Cæcilius Metellus Numidicus, qui de Iugurtha rege triumphauit, Cẽſor, Quintium, qui ſe Tiberii Gracchi filium mentiebatur, in cenſum non recepit. Idem in legem Apuleiam per uim latam iurare noluit. Quare in exiliũ actus Smyrnæ exulauit. Claudia deinde rogatioue reuocatus, cum ludis forte litteras in theatro accepiſſet, non prius eas legere dignatus eſt, quã ſpectaculum finiretur. Metellum ſororis ſuæ uirum laudare noluit, ꝙ is olim ſuum iudicium, & leges detractaret.

EX EODEM PLINIO.


Aius Marius ſepties conſul Arpinas humili loco natus, primis honoribus per ordinem functus, legatus Metello in Numidia criminando cõſulatum adeptus, Iugurtham captũ ante currum egit. In proximũ annum conſul ultro factus, Cymbros in Gallia apud aquas Sextias, Theutonas in Italia in campo Caudio uicit, deq; his triumphauit, Vſq; ad ſextum conſulatum per ordinem factus Apuleium Saturninũ. TR. PL. & Glauciam prætorem ſeditioſos ex ſenatuſconſulto interemit. & cum Sulpicia rogatione prouinciam Syllæ eriperet, armis ab eo uictus, Minturnis in Palude latuit. Inuentus & in carcerem coniectus, immiſſum percuſſorẽ Gallum uultus autoritate deterruit. Acceptaq; nauicula in Africam traiecit, ibi diu exulauit. Mox Cinana in domi-

Iugurta Rex Numidarum.

natione reuocatus, ruptis ergastulis, exercitũ fecit, cæsisq; inimicis iniuriam ultus septimo consulatu, ut quidam ferunt, uoluntaria morte decessit.

EX EODEM PLINIO.



ORnelius Sylla in fortuna felix dictus, cum paruulus a nutrice ferretur, mulier obuia, salue, uiquit, puer, tibi & Reip. tuæ felix. Et statim quæsita, quæ hæc dixisset, non potuit inueniri. Hic quæstor Marii Iugurtham a Boccho in deditionem accepit. Bello Cymbryco, & Theutonico legatus bonam operã nauauit. Prætor inter ciues ius dixit. prætor Ciliciam prouinciam habuit. Bello sociali Samnites Hirpinosq; superauit. Ne monimenta Bocchi tollerẽtur Mario restitit. Consul Asiam sortitus. Mithridatẽ apud Orchomenũ, & Chæroneã prælio fudit. Archelaũ prælio præfectum eius Athenis uicit. portum Piræum recepit, Medos, Dardanos in itinere superauit. Mox cum rogatione Sulpicia imperiũ eius trãsferretur, ad Marium in Italiam regressus corruptis aduersariorũ exercitibus Carbonem Italia expulit. Marium apud Sacri portũ, Telesinum apud portã Collinam uicit. Mario Præneste interfecto, felicem se edicto appellauit, Proscriptiõis tabulas primus ꝓposuit. Nouẽ millia deditorũ in uilla publica cecidit. Numerũ sacerdotũ auxit. Tribunitiã potestatẽ minuit. Rep. ordinata dictaturã deposuit. Vnde spe deceptus Puteolos concessit, & morbo, qui Phtheiriasis, uocatur, interiit.

EX GELLIO LIB. XIIII. CAPITE. XIII.



Tor, & uereor, & hortor, & consolor cōmunia uerba sūt, Ac dici utroq; uersus possunt, uereor te & uereor abs te, idest tu me uereris, utor te, utor abs te .i. tu me uteris, hortor te, & hortor abs te, idest tu me hortaris. cōsolor te & con solor abs te .i. tu me cōsolaris. testor quoq;, & interpraetor significatiōe reciproca dicunt̃. Sunt autem uerba hec omīa ex altera parte inusitata, Et an dicta sint in eā quoq; partem quaeri solet. Afranius in cōsobrinis. Hem iste parentū est uitabilis liberis ubi malunt metui quam uereri se a suis Hic uereri ex ea parte dictū est, quae est nō usitatior. Nonius in ligararta, uerbū quod est utit̃ ex cōtraria parte dicit. Quia suppellex multa quae nō utitur, emit̃ tamē idest quae usui nō est. M. Cato in quinta origine, exercitū, inquit, suū pransum paratum cohortatus eduxit foras, atq; instruxit. cōsolor quoq; in partē alteram, praeterquā dici solitum est in epistola. Q. Metelli, quā cum in exilio esset ad Gn. & ad L. Domitios dedit. Ac cum animū, inquit, uestrū erga me uideo uehementer cōsolor, & fides, uirtusq; uestra mihi ante oculos uersatur. Testata itidem & interpraetata eadē ratiōe dixit. M. Tullius in primo libro de diuinatiōe, ut testor, interpraetorq; uerba cōmunia uideri debeāt. Sallustius quoq; eodē modo dilargitis pro scriptorū bonis dicit, tanquā uerbum largior sit ex uerbis cōmunibus. Veritū aūt sicut puditū, & pigitum non psonaliter per infinitum modum dictum esse, non a uetustioribus tantum uidemus, sed a. M. quoq; Tullio in secūdo

de finibus, Primum inquit Ariſtippi, Cirenaicorumq; omnium, quos non eſt ueritum in ea uoluptate, quæ maxima dulcedine ſenſum moueret ſummũ bonũ ponere. Dignor quoq; & ueneror, & confiteor, & teſtor, habita ſunt in uerbis cõmunibus· ſicuti in Vergilio illa dicta ſunt· Coniugio anchiſa Veneris dignate ſuperbo, & Curſuſq; dabit ueneratа ſacerdos· Confeſſio autem æris de quo facta conceſſio eſt, in xii. tabulis ſcriptum eſt his uerbis. Aeris confeſſi, rebuſq; iudicatus· xxx· dies iuſti ſunt· Item ex iiſdem tabulis id quoq; eſt· Quæ ſi erit teſtatior, libripens ue fuerit in teſtimonium feriatur, improbus, inteſtabiliſq; eſto.

EX EODEM LIBRO CAPITE. XIII.



Pud. Q ·Metellum Numidicum in libro accuſationis in Valerium Meſſalam tertio noue dictum eſt annotauimus. Verba ex oratione eius hæc ſunt. Cum ſeſe ſciret in tantum crimen ueniſſe, atq; ſocios ad Senatum quæſtum flentes ueniſſe ſeſe maximas pecunias exactos eſſe. pecunias ſe maximas exactos id nobis uidebatur græca figura dictũ· Græci enim dicunt εἰσεπράξατό με ἀργύριον ideſt exigit a me argentum. Id ſignificat exegit me pecuniam. quod ſi id dici poteſt, etiã exactos eſſe aliquis pecuniam dici poteſt. Cæcilius quoq; eadẽ figura in Hypobolimæo æſchino uſus uidetur. Ego illud minus nihilo exigor portoriũ, ideſt nihilo minus exigitur de me portorium.

εἰσεπράξατό με ἀργύριον.
exigit à me argentum.

C. CRISPI SALLVSTII LIBER DE CONIVRATIONE CATILINAE.

OMNES HOMINES. QVI STVDENT sese cæteris præstare animantibus, summa ope uti decet, ne uitam silentio transeant, ueluti pecora, quæ natura prona, atque uentri obedientia finxit. Sed omnis nostra uis in animo & corpore sita est. Animi imperio, corporis seruitio magis utimur. Alterum nobis cum Dis, alterum commune cum belluis est. Quo mihi rectius esse uidetur, ingenii quã uirium opibus gloriã quærere, & quoniã uita ipsa qua fruimur, breuis est, memoriam nostri q̃ maxime longã efficere. NAM DIVITIARVM & formæ gloria, fluxa atq; fragilis est. VIRTVS clara æternaq; habet͂. Sed diu magnũ inter mortales certamẽ fuit, Vi ne corporis, an uirtute aĩmi, res magis militaris ꝓcederet. NAM ET PRIVSQVAM incipias, consulto, & ubi consulueris, maturæ facto opus est. Ita utrunq; per se indigẽs, alterũ alterius auxilio eget. Igit͂ initio Reges (nam in terris nomen imperii id primũ fuit) diuersi, pars ingenium, alii corpus exercebant. Etiã tum uita hominũ sine cupiditate agitabat͂. Sua cuiq; satis placebat. Postea uero quã in Asia Cyrus, in Græcia Lacedæmonii & Athenienses cæpere urbes, atq; nationes subigere, Libidinem dominãdi caussam belli habere, maximã gloriam in maximo imperio putare, Tum demum periculo atq; negociis cõpertum est in bello plurimum ingenium posse. QVOD SI REGVM, atq; imperatorũ animi uirtus, in pace ita, ut in bello ualeret, æqualibus atq; cõstantius sese res humanæ haberent, neq; aliud alio ferri, neq; mutari, ac misceri oĩa cerneres. Nã imperiũ facile his artib9

retinetur, qbus initio partũ est. VERVM VBI pro labore desidia, pro continẽtia & æquitate, libido atq; superbia inuasere, fortuna simul cum moribus immutať. Ita imperiũ semper ad optimũ quenq; a minus bono transfertur. Quæ omnes arant, nauigãt, ædificãt, uirtuti omnia parent. Sed multi mortales dediti uentri, atq; somno, indocti, incultiq;, uitam sicuti peregrinãtes transegere, qbus profecto contra naturã corpus uoluptati, anima oneri fuit. Eorum uitam ego mortemq; iuxta æstimo, quoniam de utraq; siletur. VERVM ENIMVERO is mihi uiuere demũ atq; frui anima uideť, qui aliquo negotio intentus, præclari facinoris, aut artis bonæ famã quærit. Sed in magna copia rerũ, aliud alii natura iter ostendit. PVLCHRVM EST benefacere Reip. etiam benedicere haud absurdũ est, uel pace, uel bello clarum fieri licet. & qui fecere, & q facta aliorũ scripsere, multi laudanť. Ac mihi quidem tametsi haudquaq̃ par gloria sequatur scriptorem, & autorẽ rerum, tamen in primis arduũ uidetur res gestas scribere. Primum, quod factis dicta sunt ad æquanda, dehinc, quia pleriq; quæ delicta reprehẽderis, maleuolentia, & inuidia dicta putãt. Vbi de magna uirtute, atq; gloria bonorum memores, quæ sibi quisq; facilia facto putat, æquo animo accipit, supra ea, ueluti ficta pro falsis ducit. Sed ego adolescentulus initio sicuti pleriq; a studio ad Rempu. latus sum, ibiq; mihi aduersa multa fuere. Nã pro pudore ꝓ abstinentia, pro uirtute, audacia, largitio, auaritia uigebãt. Quæ tametsi animus aspernabať, insolens malarũ artiũ, tamẽ inter tanta uitia imbecilla ætas ambitione corrupta tenebať. Ac me cum ab reliquis malis moribus dissentirem nihilo minus honoris cupido eadem, quæ cæteros fama, atq; inuidia

uexabat. Igitur ubi animus ex multis miseriis, atq; periculis requieuit, & mihi reliquã ætatem a Repu. procul habendã decreui, nõ fuit consiliũ socordia, atq; desidia bonũ otium cõterere, neq; uero colẽdo agrum aut uenando, seruilibus officiis intentũ ætatẽ agere, Sed a quo incepto, studioq; me ambitio mala detinuerat, eodẽ regressus, statui res gestas populi Romani carptim, ut quæq; memoria digna uidebantur, pscribere eo magis, qđ mihi a spe, metu, partibus Reip. anĩus liber erat. Igitur de Catilinæ cõiuratione, quã uerissime potero, paucis absoluã. Nam id facinus in primis ego memorabile existimo sceleris, atq; periculi nouitate, de cuius moribus pauca prius explananda sũt quã initiũ narrandi faciam.


VCIVS Catilina nobili genere natus fuit, magna ui & animi, & corporis, sed ingenio malo, prauoq;. Huic ab adolescẽtia bella intestina, cædes, rapinæ, discordia ciuilis grata fuere, Ibiq; iuuentutem suã exercuit. Corpus patiens inediæ, uigiliæ, algoris, supra quam cuiquã credibile est. Animus audax, subdolus, uarius, cuislibet rei simulator, ac dissimulator, alieni appetens, sui profusus, ardens in cupiditatibus, satis loquẽtiæ, sapientiæ parũ. Vastus animus, ĩmoderata, incredibilia, nimis alta semper cupiebat. Hunc post dominationẽ L. Syllæ libido maxima inuaserat Reip. capiũdæ, neq; id qbus modis adsequeret, dũ sibi regnũ pararet, quicquã pensi habebat. Agitabatur magis, magisq; indies ferox aĩmus inopia rei familiaris, & cõscientia scelerũ, quæ utraq; his artibus auxerat, quas supra memoraui. Incitabãt præterea corrupti ciuitatis mores, quos pessima ac diuersa inter se mala, luxuria atq; auaritia uexabãt. RES ipsa hortari uidet, quoniã de moribus ciuitatis tẽpus admonuit,

ſupra repetere, ác paucis inſtituta maiorũ domi, militiæq;, quo modo Rempub. habuerint quantamq; reliquerint, ut paulatim immutata, ex pulcherrima peſſima ac flagicioſiſſima facta ſit diſſere.



Rbem Romã, ſicuti ego accepi, cõdidere, atq; habere initio Troiani, qui Aenea duce, profugi, incertis ſedibus uagabant̃. Cũq; his Aborigines, genus hominũ agreſte, ſine legibus, ſine ĩperio, liberũ atq; ſolutũ. Hi poſtquam in una mœnia conuenere diſpari genere diſſimili lingua, alius alio more uiuẽtes incredibile memoratu eſt quam facile coaluerint. Sed poſtquã res eorum ciuibus, moribus, agris aucta, ſatis proſpera, ſatiſq; pollens uidebatur, ſicuti pleraq; mortaliũ habentur, inuidia ex opulentia orta eſt. Igitur reges, populiq; finitimi bello tentare pauci ex amicis auxilio eſſe. Nam cæteri metu pculſi a periculis aberant. At Romani domi militiæque intenti, feſtinare, parare, alius alium hortari, hoſtibus obuiam ire, libertatem patriam, parenteſq; armis tegere. Poſt ubi pericula uirtute propulerãt ſociis atq; amicis auxilia portabant, MAGISque dandis, q̃ accipiendis beneficiis amicitias parabant imperiũ legitimũ, nomen imperii regium habebant. Delecti, quibus corpus annis infirmum, ingenium ſapientia ualidum erat, Reipub. conſultabant. Hi uel ætate uel curæ ſimilitudine patres appellabantur. Poſt ubi imperium regium, quod initio conſeruandæ libertatis atq; augendæ Reipu. fuerat, in ſuperbiam, dominationẽq; ſe conuertit, immutato more annua imperia binoſq; imparatores ſibi fecere. Eo modo minime poſſe putabant per licẽtiam inſoleſcere animũ humanũ. Sed ea tempeſtate cœpere ſe quiſq; magis extollere magiſq; ingenium

in promptu

in promptu habere. NAM regibus boni, q̃ mali, suspectio/res sũt, sempq; his aliena uirtus formidolosa est. Sed ciuitas (incredibile est memoratu) adepta libertate, q̃tum breui creuerit, tanta cupido gloriæ incesserat. Iam primũ iuuentus, si/mul ac belli patiens erat, in castris p laborem usu miliciã di/scebat, magis q; in decoris armis, & militaribus equis, quã in scortis, atq; conuiis libidinem habebant. Igitur talibus uiris non labor insolitus, nõ locus ullus, asper, aut arduus erat, nõ armatus hostis, formidolosus, uirtus oĩa domuerat, sed glo/riæ maximũ certamẽ inter ipsos erat Sic quisq; hostẽ ferire, murũ ascẽdere, cõspici, dum tale facinus faceret, pperabat, eas diuitias, eãq; bonã famã, magnamq; nobilitatẽ putabãt. Laudis auidi, pecuniæ liberales erãt. Gloriã ingentẽ, diuitias honestas uolebãt. Memorare possem, qbus ĩ locis maximas hostium copias populus Ro. parua manu fuderit, quas ur/bes natura munitas pugnando cœperit, ni ea res longius nos ab incepto traheret. Sed pfecto FORTVNA in omni re dominat. Ea res cũctas ex libidine magis q̃ ex uero celebrat, obscuratq; Atheniensium res gestæ sicuti ego existimo satis amplæ magnificæq; fuere. Verum aliq̃to minores, quã fama feruntur. Sed quia prouenere ibi scriptorũ magna ingenia, per terrarũ orbem Atheniensiũ facta, pro maximis celebrã/tur. Ita eorum qui ea fecere uirtus tanta habetur, quantum uerbis ea potuere extollere præclara ingenia. At populo Ro. nunquam ea copia fuit, quia prudẽtissimus quisq;, nego/ciosus maxime erat. INGENIVM nemo sine corpore exer/cebat. optimus quisque facere, quam dicere, & sua ab aliis benefacta laudari, quam ipse aliorũ narrare malebat. Igitur domi, militiæq; boni mores colebantur. Concordia maxima,

minima auaritia erat..Ius bonumq; apud eos nõ legibus magis,quam natura ualebat.Iurgia,discordias, simultates cum hostibus exercebant, ciues cum ciuibus de uirtute certabãt. In supplicíis deorum magnifici,domi parci, in amicos fideles erant. DVABVS his artibus,audacia in bello,ubi pax euenerat,æquitate,seq;,remq; publicã curabant. Quarũ rerum ego maxima documenta hæc habeo, quod in bello sæpius uindicatum est in eos,qui contra imperium in hostem pugnauerant,quiq; tardius reuocati prælio excesserant, quam qui signa relinquere,aut pulsi loco cædere ausi erant. In pace uero beneficiis magis,quã metu, imperiũ agitabant, & accepta iniuria ignoscere,quã persequi malebãt. Sed ubi labore atq; iusticia Resp. creuit,reges magni bello domiti,nationes feræ, & populi ingentes ui subacti,Carthago æmula imperii Romani a stirpe interiit cuncta maria terræq; patebant, sæuire fortuna cœpit. Qui labores, pericula dubias,atq; asperas facile tolerauerant, iis otium, diuitiæq;, optandæ aliis, oneri miseriæq; fuere. Igitur cupido pecuniæ primo,deinde imperii creuit, ea quasi materies omnium malorum fuere NANQVE AVARITIA fidem, probitatem, ceterasq; bonas artes subuertit pro his superbiam, crudelitatẽ, deos negligere,omnia uenalia habere edocuit. AMBITIO multos mortales falsos fieri subegit. ALIVD clausum in pectore,aliud in lingua promptũ habere amicitias, inimicitiasq;, non ex re,sed ex cõmodo æstimare,magisq; uultũ, q̃ ingeniũ bonum habere.Hæc primo paulatim crescere interdũ uindicari Post ubi cõtagio quasi pestilentia inuasit, ciuitas est immutata.imperium ex iustissimo atq; optimo,crudele intolerandumq;factũ est. Sed primo magis ambitio,quã auaritia

animos

animos hominũ exercebat, quod tamẽ uitiũ propius uirtuti erat. NAM GLORIAM, honorem, Imperium, bonus, & ignauus æque sibi exoptãt. Sed ille uera uia nititur, huic qa bonæ artes desũt, dolis atq; fallaciis cõtendit. AVARITIA pecuniæ studiũ habet, quã nemo sapiens concupiuit. ea quasi uenenis malis imbuta, corpus uirile, animũq; effœminat. Sẽper infinita, insatiabilis est. neq; copia, neq; inopia minuitur. Sed postquã. L. Sylla, armis recepta Rep. bonis initiis malos euentus habuit, rapere omnes, trahere domũ alius, alius agros cupere. neq; modum, neq; modestiã uictores habere fœda, crudeliaq; in ciues facinora facere. Huc accedebat qđ L. Sylla exercitũ, quẽ ductauerat in Asia, quo sibi fidũ faceret, contra morẽ maiorum, luxuriose, nimisq; liberalirer habuerat. Loca amœna, uoluptuaria, facile ĩ otio feroces militũ animos mollíuerant. Ibi primum insueuit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, uasa cœlata mirari, ea priuati ac publice rapere, delubra spoliare, sacra, profanaq; omnia polluere. Igiur, hi milites, postquã uictoriã sunt adepti, nihil reliqui uictis fecere. QVIPPE SECVNDAE res sapientiũ animos fatigãt, nedum illi corruptis moribus uictoriæ temperarẽt. Postquã diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, Imperiũ, potẽtia sequebantur, hebescere uirtus, paupertas, probro haberi, innocẽtia pro maleuolẽtia duci cœpit. Igitur ex diuitiis iuuentutẽ, luxuria, atq; auaritia cũ supbia inuasere, rapere, cõsumere, sua paruipẽdere, aliena cupere. pudorẽ pudicitiã, diuina atq; humana promiscua, nil pensi, neq; moderati habere. Operæpretiũ est, cum domos atq; uillas cognoueris, in urbiũ modũ ædificatas, uisere templa deorũ quæ nostri maiores religiosissimi mortales fecere.

Verum illi delubra deorum, pietate, domos sua gloria deco/rabant, neq; uictis quidq̃, præter iniuriæ licentiã eripiebant. At hi contra ignauissimi homines, per summũ scelus omnia ea sociis adimere, quæ fortissimi uiri uictores reliquerãt. proinde quasi iniuriam facere, id demum esset imperio uti. Nam quid ea memorem, quæ nisi iis, qui uidere, nemini credibilia sunt, a priuatis cõpluribus subuersos montes, maria cõstrata esse, quibus mihi uidẽtur ludibrio fuisse diuitiæ, quippe quas honeste licebat habere, abuti per turpitudinẽ properabant. Sed libido stupri, ganeæ, cæteriq; cultus nõ minor incesserat uiros pati muliebria, mulieres pudicitiã in propatulo habe/re. Vescendi caussa terra, mariq; omnia exquirere, dormire prius, quã somni cupido esset, non famem, aut lassitudinem, nõ sitim, neq; frigus, opperiri, sed ea omnia luxu ante capere. Hæc iuuentutem, ubi familiares opes defecerãt, ad facinora incendebãt. Animus imbutus malis artibus, haud facile libi/dinibus carebat. eo profusius omnibus modis quæstui, atq; sumptui deditus erat. In tãta itaq;, tamq; corrupta ciuitate, Catilina, id quod factu facillimũ erat, omniũ flagitiorũ, atq; facinorum circum se, tanquã stipatorum cateruas habebat. Nam quicũq; inpudicus, adulter, ganeo, alea, manu, uentre pene bona patria dissipauerat, quiq; alienum æs grande con flauerat, quo flagitium aut facinus redimeret. Præterea om/nes undiq; parricidæ, sacrilegi, conuicti iudiciis, aut pro factis iudicium timentes. ad hoc quos manus atq; lingua, periurio aut ciuili sanguine alebat. postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus, exagitabat, hi Catilinæ proximi, familiaresq; erant. Quod siquis etiã a culpa uacuus in amici/tiam eius inciderat, quotidiano usu atq; illecebris, facile par, similisq;

similisq; cæteris efficiebatur. Sed maxime iuuenũ uel adole/scentiũ familiaritates appetebat, eorũ ANIMI MOLLES & ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebãtur. Nam ut cu/iusq; studiũ ex ætate flagrabat, aliis scorta præbere, aliis ca/nes, atq; equos mercari, postremo neq; sumptui, neq; mode/stiæ suæ parcere, dũ illos obnoxios, fidosq; sibi faceret. Scio fuisse nõnullos, qui ita existimarent iuuentutem, quæ domũ Catilinæ frequẽtabat, parũ honeste pudicitiã habuisse. Sed ex aliis rebus magis, quã quod cuipiam id cõpertum foret, hæc fama ualebat. Iam primũ adolescẽs Catilina, multa ne/fanda stupra fecerat cũ uirgine nobili, cũ sacerdote Vestæ, alia huiuscemodi contra ius, fasq;. Postremo captus amore Aureliæ Orestillæ, cuius præter formã nihil unquã bonus laudauit, quod ea, nubere illi dubitabat, timẽs priuignũ adul tum ætate, p certo credit necato filio, uacuã domũ scelestis nuptiis fecisse. Quæ quidẽ res mihi in primis uidetur caussa fuisse facinoris maturãdi. Namq; animus ĩpurus diis, homi/nibusq; infestus, neq; uigiliis, neq; quietibus sedari poterat, ita conſciẽtia mentẽ exagitatã uastabat. Igitur color eius ex/sanguis, fœdi oculi, citus modo, modo tardus ĩcessus, prorsus in facie uultuq; uecordia inerat. Sed iuuentutẽ, quã (ut supra diximus) illexerat, multis modis mala facinora edocebat. ex illis testes, signatores falsos cõmodare, fidem, fortunas, peri/cula uilia habere. Post, ubi eorũ famam atq; pudorẽ attriue/rat, maiora alia imperabat. si caussa peccandi in præsens mi nus suppetebat, nihilo minus insontes, sicuti sontes circũueni re, iugulare, scilicet per otiũ torpescerẽt manus aut animus, gratuito potius malus atq; crudelis erat. His amicis, sociisq; confisus Catilina simul, quod æs alienum p oẽs terras ingens

erat,& quod pleriq; Syllani milites largius suo usi,rapinarũ & uictoriæ ueteris memores,ciuile bellũ exoptabant,opprimendæ Reip.consiliũ cœpit. In Italia nullus exercitus erat. Gn.pompeius in extremis terris bellum gerebat ipsi consulatum pepẽdi magna spes. Senatus nihil sane intentus,tutæ, trãquillæq; res oẽs. Sed ea ꝓrsus opportuna Catilinæ uidebant͂. Igitur circiter calẽdas Iunias. L. Cæsare,&. G. Figulo consulibus,primo singulos appellare,hortari alios,alios tentare,opes suas imparatam Remp. magna præmia coniurationis docere. Vbi satis explorata sunt quæ uoluit, in unum omnes cõuocat,q̃bus maxima necessitudo & plurimũ audaciæ inerat,eo oẽs cõuenere senatorii ordinis. P. Lentulus Sura. P. Antronius. L. Cassius Lõginus. C. Cethegus. P. & Seruius Syllæ Seruii filii. L. Vargunteius. Q. Annius. M. Porciꝰ Lecca. L. Bestia. Q. Curiꝰ, Præterea ex Equestri ordine. M. Fuluiꝰ nobilior. L. Statilius. P. Gabinius Capito. C. Cornelius. Ad hoc multi ex colonis & municipiis domi nobiles erant. Præterea cõplures paulo occultius cõsilii huiusce participes nobiles, quos magis dominatiõis spes hortabat͂, quã inopia aut alia necessitudo. Cæterum iuuentus pleraq;, sed maxime nobilium, Catilinæ inceptis fauebat. quibus in otio uel magnifice uel molliter uiuere copia erat,incerta pro certis,bellum,quã pacem malebant. Fuere item ea tempestate qui crederent. M. Licinium Crassum non ignarũ eius consilii fuisse,quia Gn. Pompeius inuisus ipsi,magnum exercitũ ductabat,cuius uis opes uoluisse cõtra illius potentiã crescere. simul confisum si cõiuratio ualuisset,facile apud eos se principem fore. Sed antea item cõiurauere pauci cõtra Remp. in quibus Catilina fuit, de qua quamuerissime potero, dicam

L Tullio. M. Lepido consulibus. P. Antronius, &.P.Sylla designati cõsules, legibus ambit⁹ iterrogati, pœnas dederãt. Postpaulo Catilina pecuniarũ repetundarũ reus, prohibitus erat petere consulatũ, quod intra legitimos dies profiteri nequiuerit Erat eodem tempore Gn. Piso adolescens nobilis, summæ audaciæ egens factiosus, quẽ ad pturbandam. Rẽp. inopia, atq; mali mores stimulabant. Cum hoc Catilina, & Antronius, circiter nonas Decembris cõmunicato cõsilio parabant in capitolio Calendis Ian. L. Torquatũ, &. L. Cottã cõsules interficere, Ipsi fascibus correptis Pisonem cum exercitu ad optinendas duas Hispanias mittere. Ea re cognita rursus in nonas Februarias cõsilium cædis transtulerũt. Iam tum non cõsulibus modo, sed plerisq; senatoribus pernitiem machinabant͂ quod ni Catilina maturasset pro curia signum sociis dare, eo die post conditã urbem Romam pessimũ facinus patratum foret, quia non dum frequẽtes armati cõuenerant, ea res consiliũ diremit. Postea Piso in Citeriorẽ Hispaniam quæstor pro prætore missus est, adnitente Crasso quod eũ infestum inimicũ Gn. Pompeio cognouerat. Neq; tamen Senatus prouinciã inuitus dederat, quippe fœdũ hominem a Rep. procul esse nolebat, simul qua boni cõplures præsidium in eo putabãt. Et iam tũ potẽcia Gn. Pompeii formidolosa erat. Sed is Piso in ꝓuinciam ab eqtibus Hispanis, quos in exercitu ductabat, iter faciens occisus est. Sunt q ita dicũt imperia eius iniusta, supba, crudelia barbaros nequisse pati alii aũt eqtes illos G. Pompeii ueteres fidosq; cliẽtes uoluntate eius Pisonẽ aggressos, nũq̃ Hispanos præterea tale facinus fecisse, sed iperia sæua multa antea ppessos. Nos eã rem in medio relinqmus. De superiori cõiuratione satis est dictũ.

Atilina ubi eos, quos pauloante memoraui con/ uenisse uidet, tametsi multa cũ singulis sæpe ege rat, tamen in rẽ fore credẽs uniuersos appellare, & cohortari, in abditam partẽ ædiũ secedit, atq; ibi oĩbus arbitris procul amotis, orationem huiuscemodi ha buit. Nisi uirtus atq; fides uestra satis spectata mihi foret, ne quicq̃ opportuna res cecidisset. Spes magna, dominatio in manibus frustra fuissẽt neq; ego p ignauiã aut uana ingenia, incerta pro certis captarẽ. Sed qa multis & magnis tẽpesta tibus uos cognoui fortes, fidosq; mihi, eo animus ausus est, maximũ atq; pulcherrimũ facinus incipere, simul qa nobis eadem, quæ mihi bona, malaq; esse intellexi. NAM IDEM uelle atq; idẽ nolle, ea demũ firma amicicia est. Sed ego quæ mẽte agitaui, oẽs iã antea diuersi audistis. Cæteꝝ mihi indies magis animus accẽditur, cum cõsidero quæ cõditio uitæ futu ra sit, nisi nosmetipsos uindicemur in libertatem. Nam postq̃ Resp. in paucorũ potentiũ ius, atq; ditionem cõcessit, semp illis Reges, Tetrarchæ, uectigales esse, populi, nationes, sti/ pendia pendere, cæteri omnes strenui, boni, nobiles, atq; ing/ nobiles, uulgus fuimus sine gratia, sine autoritate his obno/ xii, quibus si Resp. ualeret formidini essemus. Itaq; omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ apud illos sũt, aut ubi illi uo lunt. Nobis reliquere pericula, repulsas iudicia egestatem. Quæ quousq; tandẽ paciemini o fortissimi uiri? Nonne emo ri per uirtutem præstat, quã uitã miseram atq; inhonestam, ubi alienæ superbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verũ enimuero per Deum atq; hominum fidem, uictoria in manu nobis est. uiget ætas, animus ualet, Contra illis annis atq; diuitiis omnia cõsenuere. Tantũmodo ĩcepto opus est,

cætera res ipſa expediet. Etenim quis mortalium,cui uirile ingeniũ eſt,tolerare poteſt,illis diuitias ſuperare,quas ꝓfun/dant in extruendo mari, & montibus coequandis, nobis rem familiarem etiã ad neceſſaria deeſſe? illos binas uel amplius domos continuare, nobis Larem familiarẽ nuſq̃ ullum eſſe? cum tabulas,ſigna,toreumata emunt,noua diruũt,alia ædi/ficant,poſtremo omĩbus modis pecuniam trahãt,uexant,tã men ſumma libidine diuitias ſuas uincere nequeũt. At nobis eſt domi inopia,foris res alienum, mala res,ſpes multo aſpe rior. Deniq; quid reliqui habemus, præter miſerã animam? Quin igitur expergeſcimini,en illa ,illa quã ſæpe optaſtis,li/bertas. Præterea diuitiæ,decus,gloria in oculis ſita ſunt,for/tuna oĩa ea uictoribus præmia poſuit. Res, tẽpus,pericula, egeſtas,belli,ſpolia magnifica, magis quam oratio mea uos horten̄t,uel imparatore,uel milite me utimini,neq; animus, neq; corpus aberit a uobis,hæc ipſa,ut ſpero, uobiſcum una conſul agam,niſi(forte animus me fallit,) & uos ſeruire ma/gis,q̃ imperare parati eſtis. Poſtq̃ accepere ea homines qui/bus mala abunde oĩa erant,ſed neq; res,neq; ſpes bona ulla, tametſi illis quieta mouere magna merces uidebatur,tamen poſtulauere pleriq;,ut proponeret,quæ conditio belli foret, quæ præmia armis peterent, quid ubiq; opis aut ſpei habe/rent. Tũ Catilina polliceri tabulas nouas, ꝓſcriptionem lo/cupletũ,magiſtratus,ſacerdotia,rapinas,aliaq; omnia, quæ bellum atq; uictorum libido fert. Præterea eſſe in Hiſpania citeriore Piſonem dicebat,in Mauritania cũ exercitu. P. Si/tium Nucerinũ cõſilii ſui participes. Petere conſulatum. C. Antoniũ quẽ ſibi collegam fore ſperaret,hominem familia/rẽ & omnibus neceſſitudinibus circũuentum cũ eo ſe cõſule

initium agendi belli facturũ. Ad hæc maledictis increpabat omnes bonos, suorũ unũquẽq; nominãs laudare, admonebat alium egestatis, alium cupiditatis suæ, cõplures periculi aut ignominiæ, multos Syllanæ uictoriæ, quibus ea prædæ fuerat. Postquã omniũ animos alacres uidet, cohortatus, ut petitionem suã curæ haberẽt, dimisit conuentũ. Fuere ea tẽpestate, qui dicerẽt Catilinam oratione habita, cũ ad iusiurandum populares sceleris sui addiceret, humani corporis sanguinem uino permistũ in pateris circũtulisse. Inde cum post execrationẽ omnes degustassent, sicuti in solẽnibus sacris fieri consueuit, dicitur aperuisse consiliũ suum, atq; eo dictãte, quo inter se magis fidi forent, alius alii tanti facinoris cõscii. Nõnulli ficta, et hæc, & multa præterea existimabãt esse ab his, qui Ciceronis inuidiã, quæ postea orta est, leniri credebãt atrocitate sceleris eorum, qui pœnas dederant. Nobis ea res pro magnitudine parum cõperta est. Sed in ea coniuratione fuit. Q. Curius natus haud obscuro loco, flagitiis atq; facinoribus coopertus, quẽ censores Senatu probri gratia amouerant, huic homini non minor uanitas, quã audacia inerat, neq; reticere, quæ audierat, neq; sua et ipse scelera occultare. prorsus neq; dicere, neq; facere, quidq̃ pensi habebat. Erat ei cum Fuluia nobili muliere stupri uetus consuetudo, cui cum minus gratus esset, quod inopia minus largiri poterat, repẽte gloriãs maria, montesq; polliceri cœpit & minari interdũ ferro, nisi sibi obnoxia foret. postremo ferocius agitare, q̃ solitus erat. At Fuluia insolentia, Curii caussa cognita, tale periculum Reip. haud occultum habuit, sed sublato autore, de Catilinæ coniuratione, quæ & quomodo audierat compluribus narrauit. Ea res in primis studia hominũ accendit ad cõ-

ſulatum mandandũ. M. Tullio Cicerone. Nanq; antea plé/
raq; nobilitas inuidia æſtuabat, & quaſi pollui conſulatum
credebat, ſi eum, quamuis egregius, nouus homo adeptus fo
ret. Sed ubi periculum aduenit, inuidia, atq; ſuperbia poſt fu
ere. Igitur comitiis habitis, conſules declarãtur. M. Tullius.
& G. Antonius, quod factũ primo populares coniurationis
concuſſerat, neq; tamen Catilinæ furor minuebatᷣ, ſed indies
plura agitare, arma per Italiam locis oportunis parare, pe/
cuniam ſua fide, aut amicorũ ſumptam mutuam, Feſulas ad
Manlium quẽdam portare, qui poſtea princeps fuit belli fa/
ciundi. Ea tẽpeſtate plurimos cuiuſq; generis homines aſſci/
uiſſe ſibi dicitur. Mulieres etiã aliquot, quæ primo ingentes
ſumptus, ſtrupro corporis tolerauerãt, poſt, ubi ætas tantũ/
modo quæſtui, neq; luxuriæ modum fecerat, æs alienum
grande conflauerant. Per eas ſe Catilina credebat poſſe ſer/
uitia urbana ſolicitare, Vrbem incẽdere, uiros earum uel ad/
iungere ſibi, uel interficere. Sed in his erat Sempronia, quæ
multa ſæpe uirilis audaciæ facinora cõmiſerat. Hæc mulier
genere atq; forma, præterea uiro, ac liberis, ſatis fortunata
fuit. Literis Græcis & Latinis docta. pſallere & ſaltare elegã
tius, quã neceſſe eſt, probe multa alia, quæ inſtrumenta lu/
xuriæ ſunt. Sed ei cariora ſemꝑ omnia, q̃ decus, atq; pudici/
tia fuit. Pecuniæ an famæ minus parceret, haud facile diſcer
neres. Libidine ſic accẽſa, ut ſæpius peteret uiros, quã petere
tur. Sed ea ſæpe antehac fidem ꝓdiderat, creditũ adiuraue/
rat, cædis cõſcia fuerat, luxuria atq; inopia præceps abierat.
Verũ ingeniũ eius haud abſurdũ, poſſe uerſus facere, iocum
mouere, ſermone uti uel modeſto, uel molli, uel ꝓcaci. Pror/
ſus multæ facetiæ, multoſq; lepos ĩerat. His reb9 cõparatis,

Catilina nihilo minus in proximũ annum consulatũ petebat, sperans si designatus foret, facile se ex uoluntate Antonio usurũ. Neq; interea quietus erat, sed omnibus modis insidias parabat Ciceroni. Neq; illi tamẽ ad cauendũ dolus, aut astu tiæ deerãt. Nanq; a principio sui cõsulatus multa pollicẽdo per Fuluiam effecerat, ut Q. Curius, de quo pauloante me. moraui, consilia Catilinæ sibi proderet. Ad hoc collegã suũ Antoniũ pactione prouinciæ perpulerat, ne contra Remp. dissentiret. circum se præsidia amicorũ, atq; clientiũ occulte habebat. Postquã dies comitiorũ uenit, & Catilinæ neq; pe/ titio, neq; insidiæ, quas consuli fecerat, prospere cessere, con/ stituit bellum facere, & extrema omnia experiri, quoniã quæ occulte tẽtauerat, aspera, fœdaq; euenerãt. Igit̃ G. Manliũ Fesulas, atq; in eam partẽ Hetruriæ, Septimiũ quendã Ca/ mertẽ in agrum Piceũ. C. Iulium in Apuliam dimisit, præte/ rea alium alio, quem ubiq; oportunũ sibi fore credebat. In/ terea Romæ multa simul moliri, consuli insidias tendere, pa rare incendia. opportuna loca armatis hominibus obsidere, ipse cum telo esse. Item alios iubere, hortari, uti semp intẽti, paratiq; essent, dies, noctesq; festinare, uigilare, neq; insom/ nia, neq; labore fatigari. Postremo ubi multa agitanti nihil procedit, rursus intempesta nocte coniurationis principes cõuocat per M. Porciũ Leccam, ibiq; multa p ignauia eorũ questus, docet se Manlium præmisisse ad eam multitudinẽ, quã ad capienda arma parauerat. Item alios in alia loca op/ portuna, qui initiũ belli facerent, seq; ad exercitum proficisci cupere, si prius Ciceronẽ oppressisset, eum suis cõsiliis multũ officere. Igitur perterritis ac dubitãtibus cæteris. C. Corneli us eques Romanus operã suam pollicitus, & cũ eo. L. Var/

gunteius Senator. cõstituere ea nocte paulopost cũ armatis hominibus, sicuti salutatum introire ad Ciceronem, ac de improuiso domi suæ imparatum cõfodere. Q. Curius, ubi intelligit, quantũ periculum cõsuli impendeat, ꝓpere per Fuluiã Ciceroni dolum, qui parabat̃, enuntiat. Ita illi ianua prohibiti tãtum facinus frustra susceperãt. Interea Manlius in Hetruria plebem solicitare, egestate simul ac dolore iniuriæ nouarum rerum cupidam, quod Syllæ dominatione, agros, bonaq; oĩa amiserat. Præterea latrones cuiusq; generis, quorũ in ea regiõe magna copia erat, nõnullus ex Syllanis colonis quibus libido, atq; luxuria ex magnis rapinis nihil reliqui fecerant. Ea, cũ Ciceroni nuntiarentur, ancipiti malo ꝑmotus, quod neq; urbem ab insidiis priuato cõsilio longius tueri poterat, neq; exercitus Manlii quantus aut quo consilio foret, satis cõpertum habebat Rem ad Senatũ refert, iam antea uulgi rumoribus exagitatã. Itaq; (quod plerumq; in atroci negotio solet) Senatus decreuit ut darent operã cõsules, nequid Resp. detrimenti caperet. Ea potestas per Senatũ more Romano magistratui maxima permittitur, exercitũ parare, bellum gerere, coercere oĩbus modis socios, atq; ciues, domi militiæq; imperium, atq; iudicium summũ habere, aliter sine Populi iussu nulli earũ rerum consuli ius est. Post paucos dies. L. Senius Senator, in senatu litteras recitauit, quas Fesulis allatas sibi dicebat, in qbus scriptum erat. C. Manliũ arma cœpisse, cũ magna multitudine ante diem. VI. Ca. Nouemb. simulq; (id quod in tali re solet) alii portẽta, atq; ꝓdigia nũciabant, alii cõuentus fieri, arma portari, Capuæ, atq; in Apulia seruile bellum moueri. Igitur Senatus decreto. Q. Martius Rex Fesulas. Q. Metellus Creticus in Apuliã, cit/

cumq; ea loca missi sunt. Hi utriq; ad urbē imperatores erāt impediti, ne triūpharent calūnia paucorū, quibus omnia honesta, atq; inhonesta uendere mos erat. Sed prætores. Q. Pōpeius Rufus Capuā. Q. Metellus Celer in agrū Picenū: hisq; permissum est, uti pro tempore, atq; periculo exercitū cōpararent. Ad hoc si quis indicauisset de coniuratione, quæ cōtra Remp. facta erat, præmiū seruo libertatē, & sestertia centum, libero impunitatē eius rei, & sestertiorū ducēta millia. Itemq; decreuere, uti gladiatoriæ familiæ Capuā & in cætera municipia distribuerent pro cuiusq; opibus. Romæ p totā urbē uigiliæ haberētur, hisq; minores magistratus præessent. Quibus rebus permota ciuitas, atq; immutata urbis facies erat, ex sūma lætica, atq; lasciuia, quæ diuturna quies pepererat, repēte omnis tristicia inuasit, festinare, trepidare, neq; loco, neq; cuiquam homini satis credere, neq; bellum gerere, neq; pacem habere, suo quisq; metu pericula metiri. Ad hoc mulieres, quibus pro Reip. magnitudine belli timor insolitus incesserat, afflictare sese, manus supplices ad cœlū tendere, miserari paruos liberos, rogitare, omnia pauere, superbia atq; delitiis ommissis sibi, patriæq; diffidere. At Catilinæ crudelis animus eadem illa mouebat, tametsi præsidia parabātur, & ipse Plautia lege iterrogatus erat ab. L. Paulo Postremo dissimulādi caussa, aut sui expurgādi, sicuti iurgio lacessitus foret, uenit in Senatū. Tum Marcus Tullius consul, siue præsentiā eius timens, siue ira cōmotus, orationē habuit luculentā, atq; utilem Reip. quā postea scriptā edidit. Sed ubi ille assedit, Catilina, ut erat paratus ad simulanda omnia, demisso uultu, uoce supplici, postulare a Patribus cœpit, nequid de se temere crederēt ea familia ortum, ita ab

adolescentia

adolescentia dicebat uitam instituisse, ut omnia bona in spe haberet, neq; existimarent sibi patritio homini, cuius ipsius atq; maiorum, plurima beneficia in plebē Ro. erant, perdita Rep. opus esse, cum eam seruaret. M. Tullius inquilinus ciuis urbis Romæ. Ad hæc maledicta alia cum adderet, obstrepere omnes, hostē, atq; paricidam uocare. Tum ille furibundus quoniam quidē cricunuentus, inquit, ab inimicis præceps agor, incendiū meum ruina restinguā. Deinde se ex curia domū proripuit, Ibi multa secum ipse uoluēs, quod neq; insidiæ consuli procedebant, & ab incendio intelligebat urbem uigiliis esse munitā, optimū factu credens exercitū augere, ac priusq̄ legiones scriberētur, multa ante capere, quæ bello usui forent, nocte intempesta cum paucis in Manliana castra profectus est. Sed Cethego, atq; Lentulo cæterisq;, quorū cognouerat promptā audaciā mandat, quibus rebus possent, opes factionis confirmēt, insidias consuli maturent, cædem, incendi, aliaq; belli facinora parent, sese propediem cum magno exercitu ad urbē accessurū. Dum hæc Romæ geruntur. C. Manlius ex suo numero legatos ad Q. Martiū Regem mittit cum mandatis huiuscemodi.

DEos hominesq; testamur Imperator, nos arma neq; contra Patriā cœpisse, neq; quo periculum aliis faceremus, sed uti corpora nostra ab iniuria tuta forent, qui miseri egētes, uiolentia, atq; crudelitate fœneratorū, pleriq; patria, sed omnes fama, atq; fortunis expertes sumus. Neq; cuiquā nostrum licuit, more maiorum lege uti, neq; amisso patrimonio liberum corpus habere, tanta sæuitia fœneratorum, atque prætoris fuit. Sæpe maiores nostri miserti plebis Romanæ decretis suis,

inopiæ eius opitulati ſunt. Ac nouiſſime memoria noſtra propter magnitudinē æris alieni, uolētibus oībus bonis, argentū ære cōmuni ſolutū eſt. Sæpe ipſa plebs aut dominādi ſtudio permota aut ſuperbia magiſtratuū armata, a Patribus receſſit. At nos nō imperiū, neq; diuitias petimus, quarum rerum cauſſa, bella atq; certamina inter mortales omīa ſunt. SED LIBERTATEM, quā nemo bonus, niſi cū anima ſimul amittit. Te atq; Senatū obteſtamur, ut cōſulatis miſeris ciuibus, legis præſidiū, quod iniquitas prætoris eripuit, reſtituatis, ne ue nobis eam neceſſitudinē imponatis, ut quæramus, quo nam modo maxime ulti ſanguinē noſtrū, pereamus. Ad hæc Q. Martius reſpōdit, ſiquid a Senatu petere uellēt, ab armis diſcedāt, Romā ſupplices ꝓficiſcantur, ea manſuetudine, atq; miſericordia, Senatū, & populū Romanū ſemp fuiſſe, ut nemo unq̄ ab eo fruſtra auxiliū petiuerit. At Catilina ex itinere pleriſq; cōſularibus, præterea optío cuiq; litteras mittit, ſe falſis criminibus circunuentū, quoniā factioni inimicorum reſiſtere nequiuerit, fortunæ cedere, Maſſiliā in exilium proficiſci, nō quo ſibi tāti ſceleris conſcius eſſet, ſed uti Reſp quieta foret, ne ue ex ſua contentione ſeditio oriretur. Ab his longe diuerſas litteras. Q. Catulus in Senatu recitauit, quas ſibi nomine Catilinæ redditas dicebat, Earū exemplum infra ſcriptū eſt. L. Catilina. Quinto Catulo ſalutē.



Gregia tua fides re cognita, grata mihi magnis in meis periculis fiduciā cōmendationi meæ tribuit. Quamobrē defenſionē in nouo cōſilio non ſtatui parare, ſatis factionē ex nulla conſciētia de culpa ꝓponere decreui, quā mediuſſidius, licet uerā cognoſcas. Iniuriis cōtumeliiſq; concitatus, quod fructu laboris,

industriæq; meæ priuatus, statum dignitatis nō optinebam, publicā miserorū caussam pro mea cōsuetudine suscepi. Nō quin æs alienū meis nominibus ex possessionibus soluere possem, cum & alienis nominibus liberalitas Aureliæ Orestillæ suis, filiæq; copiis persoluere, sed quod non dignos homines honore honestos uidebam, meq; falsa suspitione alienatum esse sentiebam, hoc nomine satis honestas pro meo casu spes reliquæ dignitatis conseruandæ sum secutus. Plura cum scribere uellem, nunciatū est mihi uim parari. Nunc Orestillam tibi commendo, tuæq; fidei trado, eam ab iniuria defendas, per liberos tuos rogatus, aueto. Sed ipse p paucos dies commoratus apud. C. Flaminiū in agro Rheatino, dum ciuitatem antea solicitatā ab eo armis exornat, cum fascibus atq; aliis Imperii insignibus, in castra ad Manliū contendit. Hæc ubi Romæ comperta sunt, Senatus Catilinam & Manlium hostes iudicat, cæteræ multitudini diem statuit, antequā sine fraude liceret ab armis discedere, præter rerū capitalium cō demnatis. Præterea decernit, uti consules delectū habeant. Antonius Catilinam cum exercitu persequi maturet, Cicero Vrbi præsidio sit. Ea tēpestate mihi imperiū populi Romani multo maxime uisum est miserabile, cui cum ad occasum ab ortu solis, omnia domita armis parerent, domi otiū, atq; diuitiæ, quæ prima mortales putant, affluerent, fuere tamen ciues, q seque, Remq; publicam, obstinatis animis, perditum irent. Nanq; ex duobus Senatus Decretis, ex tanta multitudine neq; præmio inductus, coniurationem patefecerat, neq; ex castris Catilinæ quisquā omniū discesserat. Tāta uis morbi, atq; uti tabes, plerosq; ciuiū aninos inuaserat. Neq; solum illis aliena mens erat, qui cōscii cōiurationis fuerāt. Sed om

nino cūcta plebs nouarum rerū studio Catilinæ incepta pro/babat/Id adeo uidebatur more suo facere. NAM semp in ciuitate, quibus opes nullæ sunt, bonis inuidēt, malos extollūt uetera odere, noua exoptāt, odio suarū rerum mutari omnia studēt, turba atq; seditionibus sine cura aluntur, quoniā ege/stas facile habetur sine dāno. Sed urbana plebs, ea uero præceps erat multis de caussis. Primum omniū, qui ubiq; pro/bro atq; petulātia maxime præstabāt. Item alii, qui per de/decora, patrimoniis amissis, postremo omnes, quos flagitiū, aut facinus, domo expulerāt, hi Romā, sicuti in sentinā, con/fluxerāt. Deinde multi memores Syllanæ uictoriæ, quod ex Gregariis militibus alios Senatores uidebant, alios ita di/uites, ut regio uictu, atq; cultu ætatem agerēt, sibi quisq;, si uictoria ī armis foret, talia sperabat. Præterea iuuētus quæ in agris manuū mercede inopiam tolerauerat, priuatis, atq; publicis largitiōibus excita, urbanū ociū ingrato labori prætulerat. Eos atq; alios omnes malum publicū alebat. Quo minus mirandū est homines egētes, malis moribus maxima spe Reip. iuxta ac sibi cōsuluisse. Prætarea, quorū uictoria, Syllæ parētes proscripti, bona erepta ius libertatis imminutum erat, haud sane alio animo belli euentū expectabāt. Ad hoc quicūq; aliarum, atq; Senatus partium erāt, cōturbari Remp. quā minus ualere ipsi malebāt. Ideo malum id adeo multos post annos in ciuitatē reuerterat. Nam postquā Gn. Pompeio, &. M. Crasso cōsulibus tribunitia potestas restituta est, homines adolescētes summā potestatem nacti, quibus ætas animusq; ferox erat, cœpere Senatū criminādo, plebē exagitare. Deinde largiēdo, atq; pollicitādo magis incēdere. Ita ipsi clari, potētesq; fieri, cōtra eos summa ope nitebatur

pleraq; nobilitas Senatus sub specie pro sua magnitudine. Nanq; (uti paucis uerũ absoluam) post illa tẽpora quicũq; Remp. agitauere, honestis nominibus, alii sicuti iura Populi defenderent, pars quo Senatus autoritas maxĩa foret, bonũ publicum simulantes, pro sua quisq; potẽtia certabant, neq; illis modestia, neq; modus contentionis erat. Vtriq; uictoriã crudeliter exercebant. Sed postq̃ Gn. Pompeius ad bellum Maritimũ, atq; Mithridaticũ missus est, plebis opes immi/nutæ, paucorum potẽtia creuit. Hi magistratus, prouincias, aliaq; omnia tenere. Ipsi innoxii, florentes, sine metu ætatem agere, cæterosq; iudiciis terrere, quo plebem in magistratu placidius tractarẽt. Sed ubi primum dubiis rebus nouandis spes oblata est, uetus certamen animos eorũ arrexit. Quod si primo prælio Catilina superior, aut æqua manu discessisset, profecto magna clades, atq; calamitas. Remp. opressisset, neq; illis, qui uictoriam adepti forent diutius ea uti licuisset, quin defessis & exanguibus q plus posset imperium, atq; li/bertatẽ extorqueret. Fuere tamẽ extra cõiurationẽ cõplures qui ad Catilinã initio pfecti sunt. In his erat Fuluius Senato ris filius, quẽ retractũ ex itinere patẽs iussit necari. iisdẽ tẽpo ribus Romæ Lentulus sicuti Catilina præceperat, quoscũ q; moribus, aut fortuna nouis rebus idoneos credebat, aut per se, aut p alios solcitabat, neq; solum ciues, sed cuiuscũq; mo/di genus hominũ quod modo bello usui foret. Igitur. P. Vm breno cuidam negotiũ dat, uti legatos Allobrogũ requirat, eosq; si possit, impellat ad societatẽ belli, existimãt publice, priuatimq; ære alieno oppressos. Præterea qd natura Galli ca gẽs bellicosa esset, facile eos ad tale consiliũ adduci posse. Vmbrenus qd in Gallia negociatus erat, plerisq; principibus

ciuitatũ notus erat, atq; eos nouerat. Itaq; sine mora ubi primum legatus in foro conspexit, percontatus pauca de statu ciuitatis & quasi dolens eius casum, cœpit requirere, quē exitum tantis malis sperarent. postquã illos uidet queri de auaritia magistratuũ, accusare Senatum, quod in eo auxilii nihil esset, miseriis suis remediũ, mortē exspectare. At ego, inqt, uobis, si modo uiri esse uultis, rationem ostendam, qua tanta ista mala effugiatis. Hæc ubi dixit, Allobroges in maximam spem adducti. Vmbrenũ orare, ut sui misereretur, nihil tã asperum, neq; tam difficile esse, quod non cupidissime facturi essent, dum ea res ciuitatē ære alieno liberaret. Ille eos in domum. D. Bruti pducit, quod foro ꝓpinqua erat, neq; aliena cõsilii propter Semproniã. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Præterea Gabiniũ accersit, quo maior autoritas sermoni inesset. Eo præsente coniurationē aperit, nominat socios. Præterea multos cuiusq; generis innoxios, quo legatis animus amplior esset. Deinde eos pollicitos operam suã, domũ dimittit. Sed Allobroges diu in incerto habuere, quid nam cõsilii caperēt. In altera parte erat æs alienũ, studium belli, magna merces in spe uictoriæ, at ĩ altera maiores opes, tuta cõsilia, pro incerta spe certa præmia. Hæc illis uoluentibus, tandem uicit fortuna Reip. Itaq;. Q. Fabio Sangæ, cuius patrocinio plurimũ ciuitas utebatᷣ, rem omnē uti cognouerant, aperiunt. Cicero per Sangam cõsilio cognito, legatis præcepit, ut studiũ cõiurationis uehemēter simulent, cæteros adeant, bene polliceãtur, dentq; operã, uti eos q̃ maxime manifestos habeãt. iisdē fere tēporibus, in Gallia Citeriore, atq; ulteriore. Itē in agro Piceno, Brutio, Apulia motus erat. Nãq; illi, quos ante Catilina dimiserat, inconsulte, ac ueluti per

dementiam

dementiã,cuncta simul agebãt nocturnis cõsiliis,armorum, atq; telorũ portatiõibus,festinãdo,agitando omnia, plus timoris,q̃ periculi effecerãt. Ex eo numero cõplures. Q. Metellus Celer prætor,ex. S. cõsulto,cognita caussa,in uincula coniecerat. Item in citeriore Gallia. C. Murena,q ei ꝓuinciæ legatus præerat. At Romæ Lentulus cũ cæteris,qui erant cõiurationis principes,paratis, ut uidebatur, magnis copiis, cõstituerat, uti cum Catilina in agrũ Fesulanũ cum exercitu uenisset. L. Bestiã Tri. plebis,contione habita,quereretur de actionibus Ciceronis,belliq; grauissimi inuidia optimo consuli imponeret. Eo signo, proxima nocte cætera multitudo cõiurationis suũ quisq; negotiũ exequeret̃, sed ea diuisa hoc modo dicebãtur. Statilius & Gabinius uti cũ magna manu, duodecim simul opportuna loca urbis incenderent, quo tumultu facilior aditus ad consulẽ,cæterosq; qbus insidiæ parabantur,fieret. Cethegus Ciceronis ianuã obsideret,eumq; ui aggrederet̃. Alius aũt aliũ. Sed filii familiarũ, quorũ ex nobilitate maxĩa pars erat parẽtes interficerẽt, simul cæde, & incẽdio,ꝑculsis omnibus,ad Catilinã erũperent. Inter hæc parata,atq; decreta, Cethegus semꝑ querebatur de ignauia sociorũ,illos dubitãdo,& dies prolatãdo, magnas opportunitates corrũpere, facto nõ cõsulto in tali periculo opus esse seq;, si pauci adiuuarẽt, languentibus aliis,impetũ in curiam facturum. Natura ferox, uehemens,manu promptus erat, MAXIMVM bonum in celeritate putabat. Sed Allobroges ex præcepto Ciceronis ꝑ Gabiniũ cæteros conueniunt, ab Lentulo,Cethego,Statilio. itẽ Cassio postulant iusiurandum,quod signatũ ad ciues perferant, aliter haud facile eos ad tantũ negotiũ impelli posse. Cæteri nihil suspicãtes dant.

Cassius semet eo uenturũ breui pollicetur, ac pauloante le/gatos, ex urbe proficiscitur. Lentulus cum his Titum Vul/turtium quendam Crotoniensem mittit, ut Allobroges pri/usquã domũ pergerẽt, cum Catilina, data, atq; accepta fide, societatem cõfirmarent. Ipse Vulturtio litteras ad Catilinã dat, quarum exemplum infra scriptum est.



Vi sim ex eo, quẽ ad te misi cognosces. fac cogi/tes in quãta calamitate sis, & memineris te uirũ esse. Consyderes quid tuæ postulent rationes. AVXILIVM petas ab oĩbus, etiã ab infimis. Ad hæc, mandata uerbis dat, cũ ab Senatu hostis iudicatus sit, quo cõsilio seruitia repudiet. In Vrbe parata esse quæ ius serat, ne cũctetur ipse propius accedere. His rebus ita actis, constituta nocte, qua proficiscerent̃. Cicero ꝑ legatos cũcta edoctus. L. Valerio Flacco, &. C. Promptinio prætoribus imperat, ut in ponte Miluio ꝑ insidias Allobrogum comita/tus deprehendãt. Rem oẽm aperit, cuius gratia mittebant̃. Cætera uti facto opus sit, ita agant, permittit illis homines militares, sine tumultu præsidiis collocatis, sicuti præceptũ erat, occulte pontem obsident. Postquã ad id loci legati cum Vulturtio uenerũt, & simul utrinq; clamor exortus est. Galli cito cognito cõsilio, sine mora prætoribus se tradũt. Vultur/tius primo cohortatus cæteros, gladio se a multitudine de/fendit. Deĩde ubi a legatis desertus est multa prius de salute sua Promptiniũ obtestatus, quod ei notus erat. Postremo ti/midus, ac uitæ diffidẽs, uelut hostibus sese prætoribus dedit. Quibus rebus cõfectis, omnia propere ꝑ nuntios consuli de/clarãtur. At illũ ingens cura, atq; lætitia simul occupauere. Nã lætabat̃ intelligens, cõiuratione patefacta, ciuitatẽ peri/culis ereptã

culis esse ereptã. Porro aũt anxius erat, dubitans in maximo scelere tãtis ciuibus deprehẽsis, qd facto opus esset, pœnam illorũ sibi oneri, impunitatẽ perdundæ Reip. fore credebat. Igitur cõfirmato animo uocari ad sese iubet Lentulũ, Cethegum, Statiliũ, Gabiniũ, itemq;. Q. Cepariũ terracinẽsem, q in Apuliã ad cõcitanda seruitia ꝓficisci parabat. Cæteri sine mora ueniunt. Ceparius pauloante domos egressus, cognito indicio, ex urbe ꝓfugerat. Cõsul Lentulũ, quod prætor erat, ipse manu tenẽs in Senatũ perducit. Reliquos cũ custodibus in ædẽ Cõcordiæ uenire iubet. Eo Senatũ aduocat, magnaq; frequẽtia eius ordinis, Vulturtiũ cũ legatis ĩtroducit Flaccũ prætorẽ scrinium cũ litteris, quas a legatis acceperat, eodẽ afferre iubet, Vulturtius interrogatus de itinere & de litteris postremo quid, aut qua de caussa cõsilii habuisset. Primo fingere, alia dissimulare de cõiuratione. Post, ubi fide publica dicere uisus est, omnia uti gesta erãt, aperit, docetq; se paucis ante diebus a Gabinio, & Cepario socium accitum, nihil amplius scire, q̃ legatos tantũmodo audire solitum, ex Gabinio. P. Antoniũ, Seruiũ Syllã. L. Varguntei ũ, multos præterea in ea cõiuratione esse. Eadẽ Galli fatẽtur. At Lentulũ dissimulantẽ coarguũt, præter litteras sermonibus, quos ille habere solitus erat ex libris Sybillinis, regnũ Romæ tribus Corneliis portẽdi. Cinnã atq; Syllã antea, se tertiũ esse, cui fatũ foret urbis potiri. Præterea ab ĩcẽso Capitolio illũ esse xx. annũ, quẽ sæpe ex prodigiis Aruspices respõdisent bello ciuili cruentũ fore. Igitur perlectis litteris cũ prius oẽs signa sua cognouissent, Senatus decreuit, uti abdicato magistratu Lẽtulus iteq; cæteri in liberis custodiis haberẽtur. Itaq; Lentulus. P. Lẽtulo Spintheri, q tũ ædilis erat, Cethegus Quito

Cornificio, Statilius. C. Cæsari, Gabini9. M. Crasso, Cæpa-
rius (nam is pauloante ex fuga retractus erat) Gn. Terentio Senatori tradūtur. Interea plebs, cōiuratiōe patefacta, quæ primo, cupida nouarū rerum nimis bello fauebat, mutata mēte Catilinæ cōsilia execrari, Ciceronē ad cœlū tollere, ueluti ex seruitute erepta, gaudiū atq; læticiā agitabat, nāq; alia belli facinora prædæ magis, quā detrimento fore. Incendiū uero crudele immoderatū, ac sibi maxīe calamitosum putabat, quippe cui omnes copiæ in usu cotidiano, & cultu corporis erāt. Post eum diem quidā. Lucius Tarquinius ad Senatum adductus erat, quem ad Catilinā proficiscentē retractum ex itinere aiebant. Is cum se diceret indicaturū de cōiuratione, si fides publica data esset, iussus a consule, quæ sciret, edicere, eadem fere, quæ Vulturius, de paratis incendiis, de cæde bonorum, de itinere hostiū Senatū edocet. Præterea se missum a M. Crasso, qui Catilinæ nunciaret ne eum Ientulus, & Cethegus, aliiq; de coniuratione deprehensi terrerent. Eoq; magis properaret, ad urbem accedere, quo cæterorū animos reficeret, & illi facilius e periculo eriperentur. Sed ubi Tarquinius Crassum nominauit hominē nobilem, maximis diuitiis, summa potētia, alii rem incredibilem rati, pars tametsi uerū, existimabāt, tamen qa in tali tēpore tāta uis hominis magis leniunda, quā exagitanda uidebat̄. pleriq; Crasso ex priuatis negotiis obnoxii conclamant indicem falsum esse, de que ea re postulāt, uti referat̄. Itaq; cōsulente Cicerone, frequēs Senatus decreuit, Tarquinii indiciū falsum uideri. Eumq; in uinculis retinendū, neq; amplius potestatē sibi faciundā fandi, nisi de eo indicaret, cuius consilio tantā rem esset mētitus. Erant eo tempore qui existimarēt indiciū illud a. P. Antonio machinatū

machinarũ,quo facilius appellato Crasso per societatẽ peri/culi,reliquos illius potẽtia tegeret. Alii Tarquiniũ immissũ a Cicerone aiebant,ne Crassus more suo suscepto,malorꝝ pa trocinio Remp. cõturbaret. Ipsũ Crassum ego postea præ/dicantẽ audiui, tantã illã contumeliã sibi a Cicerone paratã. Sed iisdẽ tẽporibus. Q.Catulus,& Gn. Piso,neq; precibus, neq; gratia,neq; precio,Ciceronẽ impellere potuere, uti per Allobroges,aut p aliũ indicem. C. Cæsar falso nominaret. Nanq;, uterq; graues inimicitias cũ illo exercebãt. Piso op/pugnatus in iudicio pecuniarũ repetundarũ, ꝓpter cuiusdã Trãspadani suppliciũ iniustũ. Catulus ex petitiõe pontifica tus odio incensus, quod extrema ætate maximis honoribus usus,ab adolescẽtulo Cæsare uictus discesserat. Res autem opportuna uidebat, quod is priuatim egregia liberalitate, publice maximis muneribus grandẽ pucuniã debebat. Sed ubi cõsulem ad tantũ facinus impellere nequeunt, ipsi sigilla tim circueundo,atq; emẽtiendo,quæ se ex Vulturio, aut Al lobrogibus audisse dicerẽt,magnam illi inuidiã conflauerãt, usq;adeo, ut nõnulli equites Ro.qui præsidii caussa cũ telis erãt circũ ædem Concordiæ, seu periculi magnitudine,seu a/nimi mobilitate impulsi,quo studiũ suũ in Rep.clarius esset, egrediẽti ex Senatu Cæsari gladio minitarẽtur.Dum hæc in Senatu agunt,& dũ legatis Allobrogũ, & Tito Vulturio, cõprobato eorũ iudicio,præmia decernunt.Libertini & pau ci ex cliẽtibus Lẽtuli diuersis itineribus opifices,atq; seruitia in uicis ad eum eripiendũ solicitabãt. Partim exquirebãt du/ces multitudinũ,qui precio Remp.uexare soliti erãt,Cethe/gus aũt per nuncios, familia,atq; libertos suos electos,& ex ercitatos orabat in audaciam,ut grege facto cũ telis ad sese

irrumperent. Consul, ubi ea parari cognouit, dispositis præsidiis, uti res, atq; tempus monebat, cōuocato Senatu refert, quid de iis fieri placeat, qui in custodiis traditi erant. Sed eos frequens Senatus iudicauerat pauloante cōtra Rēp. fecisse. Tum. D. Iunius Syllanus, primus sententiā rogatus (qđ eo tēpore cōsul designatus erat) de iis, q in custodiis tenebant́, & præterea de. L. Cassio. P. Furio. P. Vmbreno. Q. Annio, si deprehēsi forēt, suppliciū sumēdū decreuerat. Iisq; postea permotus oratione. C. Cæsaris pedibus in sentātiam Tiberii Neronis iturum se dixerat, quod de ea re, præsidiis additis, referendum esse censuerat. Sed Cæsar, ubi ad eū uentum est rogatus sententiā a consule, huiuscemodi uerba locutus est.

CAESARIS ORATIO.

OMnes homines. P. C. qui de rebus dubiis consultant, AB ODIO, AMICITIA Ira, atq; misericordia uacuos esse decet, haud facile animus uerum prouidet, ubi illa officiunt, neq; quisquā omniū libidini simul & usui paruit, ubi intēderis. INGENIum ualet. Si libido possidet, ea dominat́, animus nihil ualet. Magna mihi copia est memorādi. P. C. qui reges, atq; populi, ira aut misericordia ípulsi male cōsuluerunt. Sed ea malo dicere, quæ maiores nostri cōtra libidinē animi sui recte, atq; ordine fecere. Bello Macedonico, quod cū rege Perse gessimus, Rhodiorum ciuitas magna, atq; magnifica quæ populi Romani opibus creuerat infida, atq; aduersa nobis fuit. Sed postquā bello cōfecto de Rhodiis cōsultum est, maiores nostri nequis diuitiarū magis, quā iniuriæ caussa bellū inceptū diceret, inpunitos eos dimisere. Item bellis Punicis omnibus, cū sæpe Carthaginenses in pace, & per inducias multa nefa-

ria facinora fecissent, nunq̄ ipsi per occasionem talia fecere, magis, quid se dignum foret, quā quod in illos iure fieri posset, quærebāt. Hoc item uobis prouidēdum est. P. C. ne plus apud uos ualeat. P. Lentuli, & cæterorum celus, quā uestra dignitas, ne ue magis iræ uestræ consulatis, quā famæ. Nam si digna pœna pro factis eorum reperiretur, nouum consilium adprobo. Sin magnitudo sceleris ingenia omnium exuperat, his utendum censeo, quæ legibus comparata sunt. Pleriq; eorum, qui ante me sententias dixernut, composite, atq; magnifice casum Reip. miserati sunt, quæ belli sæuitia esset, quæ uictis acciderēt, enumerauere, rapti uirgines, pueros, diuelli liberos a complexu parentum matres familiarū pati, quæ uictoribus collibuissent. Fana, atq; domos spoliari, cædem, incēdia fieri. Postremo armis, cadaueribus, cruore, atq; luctu omnia cōpleri. Sed per Deos immortales, quo illa oratio ptinuit, an ut nos infestos cōiurationi faceret? scilicet quē res tanta, atq; tam atrox nō permouit, eū oratio accenderet, nō ita est. NEq; cuiq̄ mortalinm iniuriæ suæ paruæ uidētur. multi eas grauius æquo habuere. Sed aliis alia licētia est. P. C. qui demissi in obscuro uitam agunt, si qd iracūdia deliquere, pauci sciūt, fama atq; fortuna eoꝝ pares sūt. Qui magno imperio præditi in excelso ætatē agūt, eorū facta cūcti mortales nouere ITA IN MAXIMA fortuna, minima licētia est neq; studere, neq; odisse. Sed minime irasci decet. Quæ apud alios iracundia dicitur, ea in imperio supbia, atq; crudelitas appellat̄. Ego eqdem sic existimo. P. C. omnes cruciatus minores quā facinora illoꝝ esse. Sed pleriq; mortales postrema meminere, & in hoibus impiis sceleris eorū obliti, de pœna disserūt, si ea paulo sæuior fuerit. D. Syllanū uirū fortē,

atq; strenuũ certe scio, quæ dixerit, studio Reip. dixisse, nèq; illũ in tãta re gratiã, aut inimicitias exercere, eos mores, eãq; modestiã uiri cognoui. Verũ sentẽtia eius mihi non crudelis. (Quid enĩ in tales homines crudele fieri potest?) Sed aliena a, Rep. nostra uidetur. Nam profecto aut metus, aut iniuria te subegit Syllane, consulem designatũ genus pœnæ nouum decernere. De timore, superuacaneũ est differere, cũ præser/tim diligẽtia clarissimi uiri cõsulis tãta præsidia sint in armis. De pœna possum equidẽ dicere. id quod res habet, in luctu, atq; miseriis, MORTEM erũnarum requiem, non cruciatũ esse, eam cuncta mortaliũ mala dissoluere, Vltra neq; curæ, neq; gaudio locũ esse. Sed per Deos immortales quamobrẽ in sententiã non addidisti, uti prius uerberibus in eos animad/uerteretur? An quia lex Porcia uetat, aut aliæ leges? itẽ con/demnatis ciuibus nõ animã eripi, sed exiliũ permitti iubent. An quia grauius est uerberari, quã necari? Quid aut acerbũ, aut nimis graue est in homines tanti facinoris cõiunctos. Sin quia leuius est, qui cõuenit in minore negotio legem timere, cũ eam in maiore neglexeris? At enĩ quis reprehendet, quod in paricidas Reip. decretũ erit? tempus, dies, fortuna, cuius libido gẽtibus moderatur. Illis merito accidet q̃cquid euene rit. Cæterũ uos Patres. C. quid in alios statuatis, cõsyderate. OMNIA MALA EXEMPLA, ex bonis initiis orta sunt. Sed ubi imperium ad ignaros ciues, aut minus bonos perue/nit, nouũ illud exemplum ab dignis & idoneis, ad indignos & nõ idoneos transfertur. Lacedemonii, deuictis Atheniẽsibus, triginta uiros imposuere, qui Remp. eorum tractarent. Hi primo cœpere pessimũ quenq; & omnibus in uisum indem/natũ necare. Eo populus lætari, merito dicere fieri. Post, ubi

paulatim

pãulatim licẽtia creuit, iuxta bonos & malos libidinose inter ficere, cæteros metu terrere, Ita ciuitas seruitute oppressa, stultæ lætitiæ graues pœnas dedit. Nostra memoria uictor Sylla cũ Damasippum. & alios eiusmodi, q malo Reip. cre/ uerant, iugulari iussit, quis nõ factũ eius laudabat? homines scelestos & factiosos, qui seditionibus Remp. exagitauerãt, merito necatos aiebãt. Sed ea res magnæ initium cladis fu/ it. Nam uti quisq; aut domũ, aut uillã, postremo uas, aut ue/ stimentũ alicuius cõcupiuerat, dabat operam, ut is in proscri ptorum numero esset. Ita illi qbus Damasippi mors lætitiæ fuerat paulo post ipsi trahebant, neq; prius finis iugulãdi fu it. quã Sylla omnes suos diuitiis expleuit. Atq; ego hoc non in. M. Tullio, neq; his tẽporibus uereor. Sed in magna ciui/ tate, multa, & uaria ingenia sunt. Post alio tpe, alio consule cui item exercitus in manu sit, falsum aliquid pro uero credi, Vbi hoc exemplo p Senatus decretũ, gladium consul eduxe rit, quis illi finẽ statuet? aut qs moderabit̃? Maiores nostri. P. C. neq; cõsilii, neq; audaciæ unq̃ eguere, neq; illis superbia obstabat, quo minus aliena instituta, si modo ꝓba erãt. imi/ taret̃. Arma atq; tela militaria a San nitibus, insignia magi stratuũ, a Thuscis pleraq; sumpserũt. Postremo quod ubiq; apud socios, aut hostes idoneũ uidebatur, cũ summo studio domi exequebant̃. IMITARI, quã inuidere bonis malebãt. Sed eodem illo tpe Græciæ morem imitati, uerberibus ani/ maduertebãt in ciues, de condẽnatis summũ suppliciũ sume/ bant. Postq̃ Resp. adoleuit, & multitudine ciuium factiones ualuere, circũuenire innocentes, alia huiuscemodi fieri cœpe/ re, tunc lex Porcia, aliæq; leges paratæ sunt, quibus legibus damnatis exiliũ permissum est. Hanc ego caussam, P. C. quo

minus nouum consiliũ capiamus, in primis magnam puto. Profecto uirtus, atq; sapientia maior in illis fuit, qui ex paruis opibus tantum imperium fecere, quã in nobis, qui ea bene parta uix retinemus. Placet igitur eos dimitti, & augeri exercitum Catilinæ? minime. Sed ita censeo, publicãdas eorum pecunias, & ipsos in uinculis per municipia habendos, quæ maxime opibus ualent. Neu quis de his postea ad Senatum referat, ne ue cum populo agat. Qui aliter fecerit, Senatum existimare, eum contra Remp. & salutem omnium facturum. Postquã Cæsar dicendi finem fecit, cæteri uerbo, alius alii uarie assentiebantur. At. M. Porcius Cato rogatus sententiam, huiuscemodi orationem habuit.

ORATIO. M. CATONIS.

LOnge mihi alia mens est Patres Conscripti, cũ res, atq; pericula nostra consydero, & cum sententias nonnullorũ ipse mecũ reputo. Illi mihi disseruisse uidentur, de pœna eorũ, qui patriæ, parẽtibus, aris, atq; focis suis bellum parauere. Res aũt monet cauere ab illis magis, quã quid in illos statuamus, consultare. Nam cætera maleficia tum persequare, ubi facta sunt. Hoc nisi prouideris, ne accidat, ubi euenit, frustra iudicia implores. CAPTA VRBE, nihil reliqui fit uictis. Sed per Deos immortales uos ego appello, qui semp domos, uillas, signa, tabulas uestras pluris, quã Remp. fecistis si ista cuiuscunq; modi sint, quæ amplexamini, retinere, si uoluptatibus uestris otium præbere uultis, expergescimini aliquãdo, & capessite Remp. Non nũc agit de uectigalibus, neq; de sociorũ

iniuriis

iniuriis, libertas & anima nostra in dubio est. Sæpenumero. P.C. multa uerba in hoc ordine feci, sæpe de luxuria, atq; auaritia nostrorũ ciuiũ questus sum, multosq; mortales, ob eã caussam aduersos habeo, qui mihi, atq; animo meo nullius unq̃ delicti gratiã fecisse, haud facile alterius libidini malefacta condonabã. Sed ea tametsi uos paruipendebatis, tamen Resp. firma erat, opulẽtia negligentiã tolerabat. Nunc uero id non agit̃, bonis ne, an malis moribus uiuamus, neq; q̃tum, aut q̃ magnificũ imperiũ populi Ro. sit, Sed hæc, cuiuscũq; modi uidentur, nostra an nobiscũ una hostiũ, futura sint, hic mihi quisquã mansuetudinẽ, & misericordiã nominat? Iampridem equidẽ nos uera rerũ uocabula amisimus, quia bona ALIENA largiri liberalitas. Malarũ rerũ audacia, fortitudo uocat. eo Resp. in extremo sita est. Sint sane, quoniã ita se mores habẽt, liberales ex sociorꝫ fortunis. Sint misericordes in furibus ærarii. Ne illi sanguinẽ nostrũ largiant̃, & dũ paucis scelestis parcũt. bonos oẽs perditũ eant. Bene & cõposite C. Cæsar pauloãte ĩ hoc ordine de uita & morte disseruit, credo falsa existimãs ea, q̃ de inferis memorant̃, diuerso itinere malos a bonis, loca tetra, inculta, fœda, atq; formidolosa habere. Itaq; cẽsuit pecunias eorũ publicandas, ipsos ꝑ municipia in custodiis habendos, uidelicet timens, ne si Romæ sint, aut a popularibus coniurationis, aut a multitudine cõducta, per uim eripiãtur. Quasi uero MALI atq; scelesti tantũmodo in Vrbe, & non ꝑ totam Italiã sint, aut non ibi plus possit audacia, ubi ad defendendũ opes minores sunt. Quare uanũ equidẽ hoc consiliũ est, si periculũ ex illis metuit, si in tanto oĩum metu solus nõ timet, eo magis refert, me mihi, atq; uobis timere. Quare, cũ de. P. Lentulo, cæterisq; statuetis, pro

certo habetote, uos simul de exercitu Catilinæ, & de omibus cōiuratis decernere. Quanto uos attētius ea agetis, tāto illis animus īfirmior erit. Si paululū modo uos languere uiderint iam omes feroces aderūt. nolite existimare maiores nostros armis Remp. ex paruis magnā fecisse, si ita res esset, multo pulcherrimā eam nos haberemus, quippe sociorum atq; ciuiū, præterea armorū, atq; equorū maior nobis copia, q̄ illis est. Sed alia fuere, quæ illis magnos fecere, q̄ nobis nulla sunt, DOMI INDVstria, foris iustum imperiū, animus in consulendo liber, neq; delicto, neq; libidini obnoxius. Pro his nos habemus luxuriā, atq; auaritiā, publice egestatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiam. Inter bonos & malos nullum discrimen est. Omnia uirtus præmia ambitio possidet. neq; mirū ubi uos separatim sibi quisq; cōsilium capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniæ, aut gratiæ seruitis. Eo fit, ut impetus fiat in uacuā Remp. Sed ego hæc omitto. Coniurauere nobilissimi ciues patriā incendere, Gallorū gentem infestissimā Romano nomini ad bellū accersunt. Dux hostiū cum exercitu supra caput est, uos cunctamini etiā nunc? & dubitatis, quid intra mœnia deprehēsis hostibus faciatis? Misereamini censeo, deliquere hoīes adolescētuli p ambitionē, atq; etiā armatos dimittatis. Næ ista uobis māsuetudo, & misericordia, si illi arma cœperint, in miseriā cōuertet. Scilicet res ipsa aspera est, sed uos nō timetis eam, īmo uero maxime. Sed inertia & mollitia animi, alius aliū expectātes cūctamini, uidelicet Diis immortalibus confisi, qui hanc Remp. in maximis sæpe periculis seruauere. NON VOTIS neq; suppliciis mulieribus, auxilia deorum parantur, uigilādo, agendo, bene cōsulendo, prosper omnia

cedunt

cedunt. VBI SOCORDIAE te, atq; ignauiæ tradideris, ne quidquã Deos implores, irati, infestiq; sunt. Apud maiores nostros Aulus Manlius Torquatus, bello Gallico filium suum, quod is cõtra Imperium in hostem pugnauerat, necari iussit, atq; ille egregius adolescens, immoderatæ fortitudinis, morte pœnas dedit. Vos de crudelissimis paricidis quid statuatis cunctamini? uidelicet cætera uita eorum huic sceleri obstat. Verum parcite dignitati Lentuli, si ipse pudicitiæ, si famæ suæ, si Diis, aut hominibus unquam ullis pepercit. Ignoscite Cethegi adolescentiæ, nisi iterũ iam patriæ bellum fecit. Nam quid ego de Gabinio, Statilio, Cepario loquar? quibus si quidquam pensi unquam fuisset, non ea consilia de Rep. habuissent. Postremo. P. C. si me hercle, peccato locus esset, facile paterer uos ipsa re corrigi, quoniam uerba mea contemnitis. Sed undiq; circunuenti sumus. Catilina cũ exercitu in faucibus urget. Alii inter mœnia, atq; in sinu urbis sunt hostes, neq; parari, neq; consuli quicquã potest occulte, quo magis properandum est. Quare ita censeo, cũ nefario consilio sceleratorum ciuium Resp. in maxima pericula uenerit, hiq; indicio. T. Volturtii, & legatorũ Allobrogum cõuicti, confessiq; sint, cædem, incendia, aliaq; se fœda, atq; crudelia facinora in ciues, patriamq; patrauisse, de cõfessis sicuti de manifestis rerum capitalium more maiorum supplicium sumendum. Postquã Cato assedit, consulares omnes, itemq; Senatus magna pars, sententiam eius laudant, uirtutẽ animi ad cœlum ferunt. Alii alios increpantes, timidos uocant. CATO MAGNVS, atq; clarus habetur. Senatus decretum fit, sicut ille censuerat. Sed mihi multa legenti, multaq; audienti, quæ populus. R.

domi militiæq;, mari, atq; terra præclara facinora fecit, forte libuit attendere, quæ res maxime tanta negotia susti/nuisset. Sciebam sæpenumero Populum Ro. PARVA ma nu cum magnis legionibus hostium contendisse, cognoue/ram paruis copiis bella gesta cum opulentis Regibus. Ad hoc sæpe fortunæ uiolentiam tolerauisse, facundia GRAE/COS, gloria belli GALLOS, Romanos antefuisse. Ac mihi multa agitanti constabat, paucorum ciuium egregiam uirtutem cuncta patrauisse, eoq; factum, uti DIVITIAS PAVPERTAS, multitudinem paucitas superaret. Sed postquã luxu, atq; desidia ciuitas corrupta est, rursus Resp. magnitudine sua imperatorum atq; magistratuum uitia su/stẽtabat. Ac uelut effœta parentum multis tempestatibus, haud sane quisq̃ Romæ uirtute magnus fuit. Sed mea me/moria ingẽti uirtute, diuersis moribus, fuere duo uiri. M. Ca to & C. Cæsar, Quos, quoniam res obtuleret, silentio præ/terire non fuit consilium, quin utriusq; naturam & mores, quantum ingenio possem, aperirem.

Comparatio. M. CATONIS. & C. CAESARIS.

IGitur his, genus, ætas, eloquentia prope æqua/lia fuere. Magnitudo animi par, item gloria sed alia alii Cæsar beneficiis, ac munificentia magnus habebatur, integritate uitæ Cato. Il/le mansuetudine, & misericordia clarus factus est. huic se/ueritatis dignitatem addiderat. Cæsar dando, subleuando, ignoscendo, Cato nihil largiendo gloriam adeptus est. In altero miseris profugium erat, in altero malis pernities. Il/

lius faci

lius facilitas, huius cōstantia laudatur. Postremo Cæsar in animū induxerat, laborare, uigilare, negotiis amicorū intentus, sua negligere, nihil denegare, quod dono dignum esset, sibi magnū imperium, exercitū, nouū bellum exoptabat, ubi uirtus eius enitescere posset. At Catoni studium modestiæ, & decoris, sed maxime seueritatis erat. Non diuitiis cum diuite, nec factione cum factioso, sed cū strenuo uirtute, cum modesto pudore, cū innocente abstinentia certabat. ESSE QVAM uideri bonus malebat. Itaq; quo minus gloriam petebat, eo magis illam assequebatur. Postq̄ uti dixi, Senatus in Catonis sententiā discessit. Consul optimum factu ratus, noctem, quæ instabat, ante capere, nequid eo spacio nouaretur. Triumuiros quæ ad supplicium postulabat, parare iubet. Ipse dispositis præsidiis, Lentulum in carcerem deducit, cæteris idem fit per prætores. Est locus in carcere quod Tullianum appellatur, ubi paululum ascenderis ad leuam circiter .xii. pedes humi depressus, eum muniunt undiq; parietes, atq; insuper camera lapideis fornicibus iuncta, sed inculta tenebris, odore fœda, atq; terribilis eius facies est. In eum locum postquā demissus est Lentulus, iudices rerum capitalium, quibus præceptum erat, laqueo gulam fregere. Ita ille Patricius ex gente clarissima Corneliorum, qui consulare imperium Romæ habuerat, dignum moribus, factisq; suis exitium uitæ inuenit. De Cethego, Statilio, Gabinio, Ceпario eodem modo supplicium sumptum est.


VM EA ROMAE GERVNTVR, CATIlina ex omni copia quā ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas legiones instituit, cohortes pro numero militum complet, Deinde ut quisq;

uoluntarius, aut ex sociis in castra uenerat, æqualiter distri/buerat, ac breui spacio legiones numero hominum ex ple/uerat, cum initio duobus non amplius milibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa, cæteri ut quenq; casus armauerat, sparos, aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. Sed postquã Antonius aduentabat cũ exercitu, Catilina per montes iter facere, modo ad urbem, modo Galliam uersus castra moue/re, hostibus occasionẽ pugnandi nõ dare, sperabat propedi/em magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incepta patrauissent. Interea seruitia repudiabat, quorũ initio ad eũ magnæ copiæ concurrebant, opibus coniurationis fretus, si/mul alienũ suis rationibus existimãs uideri, caussam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse. Sed postquã in castra nuntius peruenit, Romæ cõiurationem patefactam, de Len/tulo & Cethego, cæterisq; quos supra memoraui supplici/um sumptum, pleriq; quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illexerat dilabuntur. Reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistoriensem adducit, eo consilio, uti per tramites occulte perfugerent in Galliam transalpinã. At Q. Metellus Ce/ler cum tribus legionibus in agro Piceno præsidebat, ex dif/ficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur ubi iter eius ex profugis cognouit, castra propere mouit, ac sub ipsis radicibus montium con/sedit, qua illi descensus erat in Galliam properanti. Neq; tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequeretur. Sed Cati/lina, postquã uidet mõtibus, atq; copiis hostium se clausum,

in urbe

in urbe res aduersas, neq; fugæ, neq; præsidii ullam spem, optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tentare, sta/tuit cum Antonio quamprimum confligere. Itaq; contione aduocata, huiuscemodi orationem habuit.

ORATIO CATILINAE.


Ompertum habeo milites, uerba uirtutem non addere, neq; ex ignauo strenuum, neq; fortem ex timido exercitum oratione imperatoris fieri, quanta cuiusq; animo audacia natura, aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quē neq; gloria, neq; pericula excitant, ne quidquam hortere, timor animi auribus officit. Sed ego uos quo pauca monerem aduocaui, simul uti caussam cōsilii mei aperirem. Scitis equidem milites socor/dia, atq; ignauia Lentuli quantam ipsi, nobisq; cladem attu/lerit, quoq; modo dum præsidia ex Vrbe operior, in Galliā proficisci nequiuerim. Nunc uero quo loco res nostræ sint iuxta mecum omnes intelligitis. Exercitus hostiū duo, unus ab Vrbe, alter a Gallia, obstant. Diucius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atq; aliarum rerum egestas prohibet, quocunq; ire placet, ferro iter aperiendum est. Quapropter uos moneo, uti forti, atq; parato animo sitis, & cum prælium inibitis, memineritis uos diuitias, decus, glo riam, præterea libertatem, atq; patriam in dextris uestris portare. Si uincimus, omnia nobis tuta erunt, commeatus abunde, municipia, atq; coloniæ patebunt. Si metu cesseri/mus, eadem illa aduersa fient, neq; locus, neq; amicus quisq̄ teget, quem arma non texerint. Præterea milites, nō eadem

nobis, & illis necessitudo impendet, nos pro patria, pro liber tate, pro uita certamus. Illis superuacaneum est pugnare pro paucorum potentia, quo audacius aggredimini, memo/res pristinæ uirtutis, licuit nobis cum summa turpitudine in exilio ætatẽ agere. Potuistis nonnulli Romæ amissis bonis alienas opes spectare, qa illa fœda, atq; intolerãda uiris uide bantur, hæc sequi decreuistis, si hæc relinquere uultis, auda/cia opus est. Nemo nisi uictor pace BELLVM mutauit. Nam in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus te/gitur, ab hostibus auerteris, ea uero clementia est. semper in prœlio iis maximum est periculum, qui maxime timent, au/dacia pro muro habetur. Cum uos consydero milites, & cũ facta uestra æstimo, magna me spes uictoriæ tenet. Ani/mus, ætas, uirtus uestra me hortantur, præterea NECES/SITVDO QVAE ETIAM TIMIDOS FORTES FACIT. Nam multitudo hostium ne nos circunuenire queat, prohibent angustiæ loci. Quod si uirtuti uestræ fortu/na inuiderit, cauete ne multi animam amittatis, neu capiti si/cuti pecora potius trucidemini, quã uirorũ more pugnantes, cruentam atq; luctuosam uictoriam hostibus relinquatis.


Aec ubi dixit paululum commoratus, signa ca/nere iubet, atq; instructos ordine in locum æquũ deducit, deinde remotis omnium equis, quo mi/litibus ex æquato periculo aĩmus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atq; copiis instruit. Nam uti planities erat inter sinistros montes, & ab dextera rupe aspe ra, octo cohortes in fronte constituit reliqua signa in subsidi/is arctius collocat. Ab his centuriones omnes lectos & euo/catos. Præterea ex gregariis militibus optimum quenq; ar/

matum in primam aciem ſubducit. C. Manlium in dextra. Feſulanum quendam in ſiniſtra parte curare iubet. Ipſe cum liberis, & colonis propter Aquilam adſiſtit, quā bello Cymbrico. C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera parte. C. Antonius pedibus æger quod prælio adeſſe nequibat. M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes ueteranas, quas tumultus cauſſa conſcripſerat in fronte, poſt eas cæterum exercitum in ſubſidiis locat. Ipſo equo circuiens unumquenq; nominans, appellat, hortatur, rogat, ut meminerint ſe contra latrones inermes, pro patria, pro liberis, pro, aris, atq; focis ſuis certare. Homo militaris, q; amplius annis .xxx. tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor, cum magua gloria in exercitu fuerat, pleroſq; ipſos, factaq; eorum fortia nouerat, ea commemorando militum animos accendebat. Sed ubi omnibus rebus exploratis, Petreius tuba ſignum dat, cohortes paulatim incedere iubet. Idem facit hoſtium exercitus. Poſtquā eo uentum eſt, unde a Ferentariis prælium committi poſſet, maximo clamore infeſtis ſignis concurrunt, pila omittunt, gladiis res geritur. Veterani priſtinæ uirtutis memores, cominus acriter inſtare. Illi haud timidi reſiſtunt, maxima ui certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie uerſari, laborantibus ſuccurere, integros pro ſauciis accerſere, omīa prouidere, multum ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire ſtrenui militis, & boni imperatoris officia ſimul exequebatur. Petreius, ubi uidet Catilinam contra, ac ratus erat, magna ui contendere, cohortem prætoriam in medios hoſtes inducit, eoſq; perturbatos, atq; alios alibi reſiſtentes interficit. Deinde utrinq; ex lateribus cæteros aggreditur. Manlius & Feſulanus in primis pugnātes

cadunt. Postquam fusas copias, seq; cum paucis relictum ui
det Catilina, memor generis, atq; pristinæ dignitatis suæ, in/
ter confertissimos hostes incurrit, Ibiq; pugnans confoditur.
Sed confecto prælio, tũ uero cerneres quanta audacia, quã/
taq; uis animi fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere quem
quisq; pugnando uiuus locum cœperat, eum amissa anima
corpore tegebat. Pauci autem, quos medius cohors præto/
ria disiecerat, paulo diuersius. Sed omnes tamen aduersis
uulneribus conciderant. Catilina uero longe, a suis inter ho/
stium cadauera repertus est, paululum etiam adhuc spirãs,
ferociamq; animi, quam habuerat uiuus, in uultu retinens.
Postremo ex omni copia, neq; in prælio, neq; in fuga quisquã
ciuis ingenuus captus est. Ita cuncti suæ, hostiũq; uitæ iuxta
pepercerant. Neq; tamẽ exercitus Populi Romani lætam,
aut incruentam uictoriam adeptus erat. Nam strenuissimus
quisq;, aut occiderat in prælio, aut grauiter uulneratus discesſ
serat. Multi autem, qui ex castris uisendi, aut spoliandi gra/
tia processerant, uolentes hostilia cadauera, amicũ alii, pars
hospitem, aut cognatum reperiebant. Fuere item, qui inimi/
cos suos cognoscerent. Ita uarie per omnem exercitum læ/
titiæ, mœror, luctus atq; gaudium agitabantur.

FINIS.

C. CRISPI SALLVSTII DE BELLO IVGVRTHINO LIBER.


ALSO QVERITVR DE NATVRA sua genus humanum, quod imbecilla, atq; æui breuis, forte potius, quã uirtute regatur. Nam contra reputando, neq; maius aliud, neq; præstabilius ĩuenias magisq; naturæ industriã hominũ, quã uim aut tempus deesse. SED DVX, ATQVE IMPERATOR VITAE mortalium, animus est, Qui ubi ad gloriã, uirtutis uia grassatur, abunde pollẽs, potensq;, & clarus est, neq; fortunæ eget. Quippe quæ PROBITATEM, industriam, cæterasq; artes bonas, neq; dare, neq; eripere cuiquã potest. Sin captus prauis cupidinibus, ad inertiã, & uoluptates corporis pessundatus est, pnitiosa libidine paulisp usus, ubi per socordiã uires, tẽpus, ætas, ingeniũ, defluxere, naturæ infirmitas accusatur, suã quiq; culpã autores, ad negotia trãsferunt. Quod si hominibus bonarũ reꝝ tanta cura esset, quãto studia aliena, ac nihil ꝓfutura, multũq; etiã periculosa petunt, neq; regerẽtur magis casibus, q̃ regerent casus, & eo magnitudinis procederẽt, ubi ꝓ mortalibus, gloria æterni fierent. Nam uti genus hominũ compositũ e corpore & anima est, ita res cũctæ, studiaq; omnia nostra, corpis alia, alia animi naturã sequunt̃. Igitur PRAECLARA FACIES, magnæ diuitiæ, ad hoc, uis corporis, & alia huiuscemodi oĩa breui dilabũtur. AT INGENII egregia facinora, sicuti anima, immortalia sunt. Postremo corporis & fortunæ bonoꝝ uti initiũ, sic finis est. OMNIA QVE orta occidũt, & aucta senescũt. Animus incorruptus, æternus, rector humani generis, agit, atq; habet cuncta, neq; ipsę habetur. Quo magis

prauitas eorũ admiranda est, qui dediti corporis gaudiis, per luxum, atq; ignauiam ætatẽ agunt. Cæterũ INGENIVM, quo neq; meli9, neq; amplius aliud in natura mortalium est, in cultu, atq; socordia torpescere sinunt, cũ præsertim tam multæ, uariæq; artes sint animi, quibus summa claritudo paratur. Verum ex his magistratus, & imperia, postremo omnis cura rerum publicarũ, minime mihi hac tempestate cupienda uidentur, quoniã neq; uirtuti honos datur, neq; illi, quibus per fraudem ius fuit, utiq; tuti, aut eo magis honesti sũt. Nam ni quidem regere patriã, aut parentes, quanquã & possis, & delicta corrigas, tamen importunum est, cũ præsertim omnes rerũ mutationes, cædem, fugã, aliaq; hostilia portendant FRVSTRA AVTEM niti, neq; aliud se fatigando, nisi odiũ quærere, extreme demenciæ est, nisi forte quem inhonesta, & perniciosa libido tenet, potentiæ paucorũ decus, atq; libertatẽ suam gratificari. Cæterum ex his negotiis, quæ ingenio exercentur, in primis magno usui est MEMORIA rerum gestarũ, cuius de uirtute, quia multi dixere, prætereũdum puto. Simul ne p insolentiã quis existimet, memet studium meũ laudando extollere, Atq; ego credo fore. qui, quia decreui procul a. Rep. agere ætatem, tãto, tamq̃ utili labori meo nomẽ inertiæ imponãt. Certe, quibus maxima industria uidetur, salutare plebem, & cõuiuiis gloriam quærere, qui se reputauerint, & quibus ego tẽporibus magistratũ adeptus sum, & quales uiri idem adsequi nequiuerint, & postea quæ genera hominũ in Senatum peruenerint, profecto existimabunt me magis merito quã ignauia iudiciũ, animi mei mutauisse, maiusq; commodũ ex otio meo, q̃ ex aliorum negotiis Reip. uenturũ. Nam sæpe audiui ego. Quintum maximum,

Publicũ Scipionem, præterea ciuitatis nostræ præclaros ui/ros solitos ita dicere, cũ maiorũ IMAGINES intuerentur, uehementissime animum sibi aduirtutem accendi, scilicet nõ ceram illã, neq; figuram tantã uim in sese habere sed memo/ria rerum gestarum, eam flammam egregiis uiris in pectore crescere, neq; prius sedari, quã uirtus eorum famam, atq; glo riam adæquauerit. At cõtra, quis est omniũ his moribus, qui nõ diuitiis & sumptibus, non probitate, neq; industria cũ ma ioribus suis contendat? Etiam homines noui, qui antea per uirtutem soliti erant nobilitatem anteuenire, furtim & per la trocinia potius, quam bonis artibus ad imperia, & honores nituntur, Perinde quasi prætura consulatus, atq; omnia alia huiuscemodi per se ipsa clara, & magnifica sint, ac non perin/de habeantur, ut eorũ, qui ea sustinent, uirtus est. Verum ego liberius, altiusq; processi dum me ciuitatis morum piget, tæ/detq;. Nunc ad inceptum redeo.

BEllum scripturus sum quod populus Ro. cum Iugurtha Rege Numidarum gessit, primũ quia magnum & atrox, uariaq; uictoria fuit. Dein/de quia tum primum superbiæ nobilitatis obui/am itum est, quæ contentio diuina & humana cuncta per/miscuit, eoq; uecordiæ processit, ut studiis ciuilibus bellum, atq; uastitas Italiæ finem faceret. Sed priusquã huiuscemodi rei initium expediã, pauca supra repetam, quo ad cognoscen dum omnia, illustria magis, magisq; in aperto sint. Bello Pu/nico secundo, quo Dux Carthaginiensiũ Annibal, post ma/gnitudinem nominis Romani. Italiæ opes maxime attriue/rat, Masinissa Rex Numidarũ, in amicitiã receptus a P. Sci/pione, cui cognomẽ postea Africano ex uirtute fuit, multa &

præclarā rei militaris facinora fecerat. Ob quæ, uictis Carthaginiensibus, & capto Syphace, cuius in Africa magnum, atq; late imperium ualuit, Populus Ro. quascūq; urbes, & agros manu cœperat, Regi dono dedit. Igitur amicitia Masinissæ bona, atq; honesta nobis permāsit, sed imperii uitæq; eius finis idem fuit. Deinde Micipsa filius eius regnum solus optinuit, Manastabile, & Gulassa fratribus morbo assumptis. Is Adherbalē, & Hiempsalē ex sese genuit, Iugurthāq; Manastabilis fratris filiū, quem Masinissa, quia ortus ex cōcubina erat, priuatū reliquerat, eodē cultu quo liberos suos domi habuit. Qui ubi primū adoleuit, pollens uiribus, decora facie, sed multo maxime ingenio ualidus, nō se luxui, neq; inertiæ corrumpendum dedit, sed (uti mos gentis illius est) equitare, iaculari, cursu cum æqualibus certare, & cū omnes gloria anteiret, omnibus tamē carus esse. Ad hoc pleraq; tēpora in uenādo agere, leonem, atq; alias feras primus, aut inprimis ferire, plurimū FACERE & minimum IPSF de se loqui. Quibus rebus Micipsa, tametsi initio lætus fuerat, existimans Iugurthæ uirtutē regno suo gloriæ fore, tamē postq̄ hominem adolescentem, exacta sua ætate, & paruis liberis, magis, magisq; crescere intelligit, uehemēter eo negocio permotus, multa animo suo uoluebat. Terrebat eū natura mortaliū AVIDA imperii. & præceps ad explendā animi cupidinem. Præterea opportunitas suæ, liberorūq; ætatis quæ etiā mediocres uiros spe PRAEDAE transuersos agit. Ad hoc studia Numidarū in Iugurthā accēsa, ex quibus si talem uirū dolis interfecisset, nequa seditio, aut bellū orireť anxius erat. His difficultatibus circūuentus, ubi uidet neq; per uim, neq; insidiis opprimi posse hominē, tā acceptū popularibus

quod erat Iugurtha manu prōptus, & appetēs gloria mi/
litaris, ſtatuit eū obiectare periculis, & eo modo fortunā
tētare. Igitur bello Numantino, Micipſa cum populo Ro.
equitū atq; peditū auxilia mitteret, ſperans uel oſtentādo
uirtutē, uel hoſtiū ſæuitia facile eū occaſurū, præfecit Nu
midis, quos in Hiſpaniā mittebat. Sed ea res lōge aliter, ac
ratus erat euenit. Nam Iugurtha, ut erat impigro, atq; acri
ingenio, ubi naturā. P. Scipionis, qui tum Romanis impe/
rator erat, & mortē hoſtiū cognouit, multo labore, multa/
q; cura, præterea modeſtiſſime parēdo, & ſæpe obuiā eun
do periculis, in tantā claritudinem breui peruenerat, ut no/
ſtris uehemēter carus, Numantinis maximo terrori eſſet.
Ac ſane, quod difficillimum in primis eſt, & PRAELIO
ſtrenuus erat, & bonus CONSILIO. Quorū alterum ex
prouidentia timorē, alterū ex audacia temeritatē plerunq;
afferre ſolet. Igitur imperator oēs fere res aſperas per Iu/
gurrthā agere, in amicis habere, magis, magiſq; eum indies
amplecti, quippe cuius neq; conſilium, neq; inceptū ullum
fruſtra erat, huc accedebat munificentia animi, & ingenii
ſolertia. Quibus rebus ſibi multos ex Romanis familiari
amicitia cōiunxerat. Ea tēpeſtate in exercitu noſtro fuere
cōplures noui, atq; nobiles, qbus diuitiæ, bono, honeſtoq;
potiores erāt, factioſi, domi potētes, apud ſocios clari ma/
gis, quā honeſti, qui Iugurthæ nō mediocrē animū pollici/
tando accendebāt, ſi Micipſa Rex occidiſſet, fore uti ſolus
regno Numidiæ potiretur, in ipſo maximā uirtutē, omnia
Romæ uenalia eſſe. Sed poſtquā Numātia deleta. P. Sci/
pio dimittere auxilia, & ipſe reuerti domū decreuit, Dona/
tum, atq; laudatum magnifice pro contione Iugurtham in

prætoriū adduxt. Ibiq; secreto monuit, ut potius publice, quam priuatim amicitiam Populi Ro. coleret, ne aliqbus largiri insuesceret. Periculose a paucis emi, quod multorū esset. Si permanere uellet in suis artibus, ultro illi & gloriam, & regnum uenturū. Sin properantius pergeret, pecuniam, & ipsum præcipitem casurum. Sic locutus, cū litteris eum, quas Micipsæ redderet, dimisit. earū sentētia hæc erat. Iugurthæ tui bello Numantino longe maxima uirtus fuit. Quā rem certo scio tibi gaudio esse. Nobis ob merita sua carus est, ut idem Senatui, populoq; Romano sit, summa ope nitemur. Tibi qdem pro nostra amicitia gratulor. En habes uirū dignum te, atq; auo suo Masinissa. Igit Rex ubi ea, quæ fama acceperat, ex litteris Impatoris ita esse cognouit tū uirtute, tum gratia uiri pmotus, flexit animum suū & Iugurthā beneficiis uincere aggressus est, statimq; eum adoptauit. & testamento pariter cū filiis hæredem instituit. Sed ipse paucos post annos morbo, atq; ætate cōfectus, cū sibi finē uitæ adesse intelligeret, corā amicis & cognatis, Itemq; Adherbale, & Hiempsale filiis, huiuscemodi uerba cum Iugurtha fertur habuisse.

MICIPSAE VERBA.



PAruum ego te Iugurtha amisso patre sine spe sine opibus, in meum regnū accepi, existimans non minus me tibi, quam liberis (si genuissem) ob beneficia carum fore. Neq; ea res falsum me habuit. Nā ut alia magna, & egregia tua facta omittā nouissime rediens Numātia, me, regnūq; meū gloria decorasti, tuaq; uirtute nobis Romanos ex amicis amicissimos fecisti, in Hispania nomē familiæ nr̃æ renouatū est. Postremo, quod

mo qđ difficillimũ inter mortales est, GLORIA inuidiã uicisti. Nunc quoniã mihi natura finẽ uitæ facit, ꝑ hãc dextrã, ꝑ regni fidẽ moneo, obtestorq; te, ut hos, qui tibi genere ꝓpinqui beneficio meo fratres sunt, caros habeas, neu malis alienos adiungere, q̃ sanguine coniunctos retinere. Non EXECITVS, neq; THESAVRI præsidia regni sunt. Verum AMICI, quos neq; armis cogere, neq; auro parare queas, officio & fide parant. QVIS autẽ amicior q̃ frater FRATRI? aut quẽ alienũ fidum inuenies, si TVIS hostis fueris? Eqdẽ ego regnũ uobis trado firmũ, si BONI eritis si MALI, imbecillũ. Nã CONCORDIA paruæ res crescunt, DISCORDIA maxime dilabuntur. Cæterũ ante hos te Iugurtha, q ætate & sapiẽtia prior es, ne aliter quid eueniat, ꝓuidere decet. Nã in omni certamine, q opulẽtior est, etiã si accipit iniuriã, tamen quia plus potest, facere uidetur. Vos autẽ Adherbal, & Hiempsal colite, & obseruate talẽ hunc uirũ. Imitamini uirtutẽ, & enitimini, ne ego meliores liberos sumpsisse, quã uidear genuisse. Ad ea Iugurtha, tametsi Regem ficta locutum intelligebat, & ipse longe aliter animo agitabat, tamen pro tẽpore benigne respondit. Micipsa paucis post diebus moritur. Postquã illi more regio iusta magnifice fecerãt, Reguli in unũ conuenere, ut inter se de cũctis negociis disceptarẽt. Sed Hiempsal, q minimus ex illis erat, natura ferox, etiã ante, ignobilitatẽ Iugurthæ, qa materno genere impar erat, despiciẽs dextra Adherbalẽ adsedit, ne medius ex tribus quod apud Numidas honori ducitur, Iugurtha foret. Deinde tamẽ, ut ætati concederet fatigatus a fratre, uix in alterã partẽ traductus est. Ibi cum multa de administrando imperio differerent.

Iugurtha inter alias res ait, oportere quinquennii cõsnltã/ & decreta omnia rescindi. Nam per ea tẽpora confectum annis Micipsam, parũ animo ualuisse. Tum idem Hiem/psal placere sibi respondit. Nam ipsum illũ tribus his pro ximis annis adoptione in regnum peruenisse. Quod uer/bum in pectus Iugurthæ altius, quã quisq; ratus erat, de/scendit. Itaq; ex eo tẽpore, ira & metu anxius, moliri, pa/rare, atq; ea modo in animo habere, quibus per dolum Hiempsal caperetur. Quæ ubi tardius procedũt, neq; le/nitur animus ferox, statuit quo uis modo inceptum per/ficere. Primo cõuentu, quem ab regulis factum supra me/moraui propter dissensionem placuerat diuidi thesauros, finesq; imperii singulis constitui. Itaq; tempus ad utranq; rem decernitur, sed maturius ad pecuniam distribuendam. Reguli interea in loca propinqua thesauris, alius alio con/cessere. sed Hiempsal oppido Thirmida (forte eius uteba/tur domo) qui ꝓximus lictor Iugurthæ, carus, acceptusq; ei semper fuerat, quem ille casu ministrum oblatum pro/missis onerat, impellitq; uti tanquam suam domum uisens eat, portarum claues adulterinas paret. Nam ueræ ad Hiempsalem referebãtur. Cæterum ubi res postularet se/ipsum cum magna uenturum manu Numida mãdata bre ui conficit, atq; uti doctus erat, nocte Iugurthæ milites in/troducit, qui postquã in ædes irrupere, diuersi Regẽ quæ/rere, dormiẽtes alios, alios occursantes ĩterficere. Scrutari loca abdita, clausa effringere, strepitu, & tumultu omnia miscere, cum interim Hiempsal reperitur, occultans se in Tugurio mulieris ancillæ, quo initio pauidus, & ignarus loci profugerat, Numidæ caput eius, uti iussi erant ad Iu/

gurtham

gurtham referũt. Cæteꝝ fama tanti facinoris, per omnem Africam breui diuulgatur. Adherbalem, omnesq;, qui sub Micipsæ imperio fuerãt, metus inuadit. In duas partes di/scedunt Numidæ. plures Adherbalem sequũtur, sed illum alterum bello meliores. Igitur Iugurtha q̃maximas potest copias armat, urbes partim ui, alias uolũtate, imperio suo adiungit, omni Numidiæ imperare parat. At Adherbal, ta metsi Romam legatos miserat, qui Senatum docerent de cæde fratris, & suis fortunis, tamẽ fretus multitudine mili/tum parabat armis cõtendere. Sed ubi rex ad certamẽ ue/nit, uictus ex prælio, profugit in prouinciã, ac deinde Ro/mam cõtendit. Tum Iugurtha patratis consiliis, postquã omni Numidia potiebatur in ocio, facinus suũ, cum animo reputans, timere populum Ro. neq; aduersus iram eius us/quam, nisi in auaritia nobilitatis, & pecunia sua spem habe re. Itaq; paucis diebus cum argẽto & auro multo, legatos Romam mittit, quis præcipit, uti primum ueteres amicos magnis muneribus expleant, deinde nouos acquirant, po/stremo quencũq; possint largiendo, parare ne cunctentur. Sed ubi Romam legati uenere, ex præcepto regis, hospiti bus, aliisq; quorum ea tempestate in Senatu autoritas pol lebat, magna munera misere, tanta cõmutatio incessit, ut ex maxima inuidia, in gratiam & fauorẽ nobilitatis Iugur/tha ueniret. Quorum pars spe, alii præmio inducti, singu/los ex Senatu ambiendo nitebantur, ne grauius in eum cõ/suleretur. Igitur ubi legati satis confidunt, die constituto Senatus utrisq; datur. Tum Adherbalem hoc modo locu tum accepimus.

ADHERBALIS VERBA.

PAtres. C. Micipsa pater meus moriens mihi præcepit uti regni Numidiæ tantũmodo procurationẽ existimarẽ meam, cæterũ ius & imperium eius penes uos esse, simul eniterer domi militiæq;, q̃maximo usui esse populo R. uos mihi cognatorũ, uos affiniũ loco ducerem. Si ea fecissem in uestra amicitia, exercitũ, diuitias, munimenta regni me habiturũ. Quæ præcepta patris mei cũ agitarẽ, Iugurtha homo omniũ, quos terra sustinet sceleratissimus, contempto imperio uestro Masinissæ me nepotem etiã a stirpe sociũ, atq; amicum populi Ro. regno, fortunisq; omnibus expulit. Atq; ego. P. C. quoniã eo miseriarũ uenturus erã, uellem potius ob mea, quã ob maiorũ meorũ beneficia posse me a uobis petere auxiliũ, ac maxime deberi mihi beneficia a populo Ro. qbus utinã nõ egerẽ, secundũ ea si desyderãda erãt, uti debitis uterer. Sed quoniã parũ tuta per se ipsa PROBITAS est, neq; mihi in manu fuit Iugurtha qualis foret, ad uos confugi. P. C. quibus, quod mihi miserrimũ est, cogor prius oneri, quam usui esse. Cæteri reges, aut bello uicti, in amicitiã a uobis recepti sunt, aut in suis dubiis rebus societatẽ uestrã adpetiuerunt. familia nostra cum populo Ro. bello Carthaginiensi instituit amicitiã, quo tempore magis fides eius, quã fortuna petenda erat. Quorũ progeniẽ uos P. C. nolite me pati nepotẽ Masinissæ, frustra a uobis auxiliũ petere, si ad impetrandũ nihil caussæ haberẽ, præter miserandã fortunã, q paulo ante Rex, genere, fama, atq; copiis potens, nunc deformatus ærũnis, inops, alienas opes expecto, tamen erat maiestas populi Ro. ꝓhibere iniuriã, neq; pati cuiusquã regnũ per SCELVS crescere. Verũ ego

his

his finibus eiectus sum, quos maioribus meis populus R.
dedit. Vnde pater, & auus meus una nobiscũ expulere Sy/
phacem, & Carthaginienses. Vestra beneficia mihi erepta
sunt. P. C. uos in mea iniuria despecti estis. Heu me miserũ
Huccine Micipsa pater beneficia tua euasere? ut quẽ tu pa
rem cũ liberis tuis, regniq; participẽ fecisti, is potissimum
stirpis tuæ extinctor sit? Nunquam ne ergo familia nostra
quieta erit? semp ne in sanguine, ferro, fuga uersabit? Dum
Carthaginiẽses incolumes fuere, iure oĩa sæua patiebamur
hostes a latere, uos amici procul. Spes oĩs in armis erat.
Postquã illa pestis ex Africa eiecta est, læti pacẽ agitaba/
mus, quippe quis hostis nullus erat, nisi forte quẽ iussisse/
tis. Ecce autẽ ex improuiso Iugurtha intoleranda audacia,
scelere, atq; supbia sese efferens, fratre meo, atq; eodẽ pro/
pinquo suo interfecto, primum regnũ eius, sceleris sui præ/
dam fecit. Post, ubi me iisdem dolis nequit capere, nihil mi
nus, quã uim aut bellum expectantem, in imperio uestro,
sicuti uidetis, extorrem patria, domo, inopem & cooper/
tum miseriis effecit, ut ubiuis tutius, quam in meo regno es
sem. Ego sic existimabã. P. C. uti prædicantem audieram
patrẽ meum, q uestram amicitiã diligẽter colerẽt, eos mul/
tum laborem suscipere, cæterũ ex omnibus maxime tutos
esse. Quod in familia nostra fuit, præstitit ut in oĩbus bellis
adesset uobis, nos uti per ocium tuti sumus in manu uestrã
est. P. C. Pater nos duos fratres reliquit, tertium Iugurthã
beneficiis suis, ratus est nobis coniunctũ fore. Alter eorum
necatus est, alter ipse ego manus impias uix effugi. Quid
agam? aut quo potissimũ infelix accedã? generis præsidia
oĩa extincta sunt. Pater uti necesse erat, naturæ concessit.

fratri quem minime decuit, propinquus per scelus uitam eripuit. Affines, amicos, propinquos cæteros meus alium alia clade oppressit. capti a Iugurtha pars in crucem acti, pars bestiis obiecti sunt. Pauci, quibus relicta est anima, clausi in tenebris, cum mœrore & luctu, morte grauiorem uitã exigunt. Si omnia quæ aut amisi, aut ex necessariis ad uersa facta sunt incolumia manerẽt, tamẽ siquid ex improuiso mali accidisset, uos implorarẽ. P. C. quibus, pro magnitudine imperii, ius & iniurias oẽs curæ esse decet. Nunc uero exul patria, domo, solus, atq; omniũ honestarũ rerũ egens, quos accedã? aut quos appellẽ? Nationes ne, an reges? qui oẽs familiæ nostræ ob uestrã amicitiã infesti sunt, an quoquã mihi adire licet, ubi non maiorũ meorũ hostilia monumẽta plurima sint? an quisquã nostri misereri potest, qui aliquãdo uobis hostis fuit? Postremo Masinissa uos ita instituit. P. C. ne quẽ coleremus nisi populũ Ro. ne societates, ne fœdera noua acciperemus, abunde magna præsidia nobis ĩ uestra amicitia fore. si huic ĩperio fortuna mutaretᷓ, una occidendũ nobis esse uirtute, ac diis uolẽtibus, Magni & opulenti estis, oĩa secũda & obedientia sunt, quo facilius sociorũ iniurias curare licet. Tantũ illu duerer, ne quos priuata amicitia Iugurthæ parꝝ cognita trãsuersos agat, quos ego audio summa ope niti, ambire, fatigare uos singulos, ne quid de absente incognita caussa statuatis. fingere me uerba, & fugã simulare, cui licuerit in regno manere. Qđ utinã illum, cuius impio facinore in has miserias proiectus sum, eadẽ hæc simulantẽ uideam, & aliquãdo ut apđ uos, aut apud Deos immortales rerum humanarum cura oriatur, ut ille, qui nũc sceleribus suis ferox, atq; præclarus est,

omnibus

omnibus malis excruciatus, impietatis in parentē nostrū, fratris mei necis, mearūq; miseriarū graues pœnas reddat. Iamiā frater animo meo carissime, quanquā tibi immaturo, & unde minime decuit uita erepta est, tamē lætandum magis, quā dolendum puto casum tuū. Non enī regnū, sed fugam, exilium, egestatem, & omnes has, quæ me premūt erumnas, cum anima simul amisisti. At ego infelix in tanta mala præcipitatus ex patrio regno, rerum humanarū spectaculum præbeo, incertus quid agam. Tuas ne iniurias persequar, ipse auxilii egens? an regno consulam? cuius uitæ, necisq; potestas ex alienis opibus pendet? Vtinam emori, fortunis meis honestus exitus esset, ne uiuere contemptus uiderer, si defessus malis iniuriæ concessissem, Nunc neq; uiuere libet, neq; mori licet sine dedecore. P. C. oro uos per liberos, atq; parentes uestros, per maiestatem populi Romani, subuenite mihi misero, ite obuiam iniuriæ, nolite pati regnum Numidiæ, quod uestrū est, per scelus & sanguinem familiæ nostræ tabescere. Postquam Rex finem loquendi fecit legati Iugurthæ largitione magis, quam caussa freti, paucis respondent, Hiempsalem ob sæuitiam suam a Numidis interfectum, Adherbalem ultro bellum inferentem, postquam superatus sit, queri quod iniuriam facere nequisset. Iugurtham ab Senatu petere, ne se alium putarent, ac Numantiæ cognitus esset, neu uerba inimici, ante facta sua ponerent. Deinde utriq; curia egrediūtur. Senatus statim consulitur, fautores legatorum, præterea Senatus magna pars gratia deprauata, Adherbalis dicta contemnere, Iugurthæ uirtutem laudibus extollere, gratia, uoce, deniq; omnibus modis pro alieno scelere, & flagitio, sua quasi pro

gloria nitebantur. At contra pauci, quibus BONVM & æquum diuitiis carius erat, subueniendum Adherbali, & Hiempsalis mortem seuere uindicandam censebant. Sed ex omnibus maxime Aemilius Scaurus, homo nobilis, impiger, factiosus, auidus potentiæ, honoris, diuitiarum, cæterum uicia sua callide occultãs. Is postquã uidit Regis largitionẽ famosam, impudentẽq;, ueritus (quod in tali re fieri solet) ne polluta licentia inuidiã accenderet, animũ a consueta libidine cõtinuit. Vicit tamẽ in Senatu pars illa, quæ uero precium aut gratiam anteferebat, decretũ fit, uti decẽ legati regnũ, quod Micipsa obtinuerat, inter Iugurthã, & Adherbalem diuiderent. Cuius legationis princeps fuit. L. Opimius, homo clarus, & tum in Senatu potens, qui consul. C. Graccho &. M. Fuluio Flacco interfectis, acerrime uictoriã nobilitatis in plebem exercuerat. Eum Iugurtha. tametsi Romæ in amicis habuerat, tamen accuratissime accepit, dando, & pollicendo, multa perfecit, uti famæ, fidei, postremo omibus suis rebus commodum Regis anteferret. Reliquos legatos eadem uia aggressus, plerosq; capit. paucis carior fides, quã pecunia fuit. In diuisione regni, quæ pars Numidiæ Mauritaniam attingit, agris, uirisq; opulẽtior, Iugurthæ traditur. Illam alteram specie, quã usu potiorẽ, quæ portuosior, & ædificiis magis exornata erat, Adherbal possedit. Res postulare uidetur Africæ situm paucis exponere, & eas gentes quibus cum nobis bellum, aut amicitia fuit, attingere. Sed quæ loca, & nationes ob calorem, aut asperitatem, item ob solitudines minus frequentata sunt, de his haud facile compertum narrauerim, cætera quãpaucissimis absoluam.

IVGVRTHINVM.

IN diuiſione orbis terræ,pleriq; in parte tertia Africam poſuere, pauci tantũmodo Aſiam, & Europã eſſe, ſed Africam in Europa. Ea fi/nes habet ab occidẽte,fretum noſtri maris, & Oceani,ab ortu ſolis decliuem latitudinem. Quẽ locũ Ca/tabathmon incolæ appellãt. mare ſæuũ, & importuoſum, & ager frugũ fertilis,bonus pecori, arboribus infœcũdus, cœlo,terraq; penuria aquarum,genus hominũ ſalubri cor pore, uelox, patiẽs laborũ, pleroſq; ſenectus diſſoluit, niſi qui ferro,aut beſtiis interiere. Nã MORBVS haud ſæpe quenq̃ ſuperat. Ad hoc malefici generis plurima animalia. Sed q mortales initio Africã habuerint,quiq; poſtea acceſ ſerint, aut quomodo inter ſe permixti ſint, quanquã ab ea fama,quæ pleroſq; obtinet,diuerſum eſt,tamẽ uti ex libris Punicis,q Regis Hiempſalis dicebanť, interpretatũ nobis eſt,utiq; rem ſeſe habere cultores eius terræ putãt, q̃ pau/ciſſimis dicã. Cæteꝝ fides eius rei penes autores erit. Afri/cã initio habuere Getuli, & Libyes aſperi,incultiq; qs cibꝰ erat caro ferina, atq; humi pabulũ uti pecoribus. Hi neq; moribus,neq; lege,aut ĩperio cuiuſq̃ regebantur. Vagi pa lantes,q̃ nox coegerat ſedes habebãt,Sed poſtq̃ in Hiſpa/nia Hercules,ſicuti Afri putãt, interiit, exercitus eius cõpo ſitus ex uariis gentibus, amiſſo duce,ac paſſim multis ſibi imperiũ petẽtibus,breui dilabiť. Ex eo nũero Medi,Perſæ & Armenii,nauibus in Africã trãſuecti,ꝓximos nr̃o mari, locos occupauere. Sed Perſæ intra Oceanum magis. Hiq; alueos nauiũ inuerſos ꝓ tuguris habuere, quia neq; mate/ria in agris neq; ab Hiſpanis emendi, aut mutuandi copia erat. Mare magnũ, & ignara lingua cõmertia prohibebãt.

Hi paulatim per connubia Getulos sibi miscuere, & quia sæpe tentãtes agros, alia deinde,atq; alia loca petiuerant, semetipsi Numidas appellauere. Cæterum adhuc ædificia Numidarum agrestium,quæ Mapalia illi uocãt, oblonga, incuruis lateribus tecta, quasi nauium carinæ sunt. Medis aũt & Armeniis accessere Libyes. Nam hi propius mare Africũ agitabant. Getuli sub Sole magis,haud procul ab ardoribus, hiq; mature oppida habuere. nam freto diuisi ab Hispania,mutare res inter se instituerant. Nomen eorũ paulatim Libyes corrupere, barbara lingua Mauros,pro Medis appellantes. Sed res Persarũ breui adoleuit,ac po-stea Numidiæ nomine ꝓpter multitudinem a parẽtibus di-gressi,possedere ea loca, quæ ꝓxime Carthaginẽ Numidia appellatur. Deĩde utriq; alteris freti,finitimos armis,aut metu sub imperiũ suũ coegere,nomẽ, gloriãq; sibi addide-re,magis hi, qui ad nostrum mare processerãt, qa Libyes, quam Getuli minus bellicosi. deniq; Africæ pars inferior, pleraq; ab Numidis possessa est. uicti oẽs,in gentẽ nomẽq; imperantium concessere. Postea Phœnices,alii multitudi-nis domi minuendæ gratia,pars imperii cupidine solicitata plebe, & alii nouaꝝ rerum auidi, Hipponem, Adrumetũ, Leptim, aliasq; urbes in ora maritima cõdidere,hæq; bre-ui multũ auctæ. Pars originibus suis præsidio, aliæ decori fuere. Nam de CARTHAGINE silere melius puto. quã parũ dicere,quoniã alio properare tẽpus monet. Igitur ad Catabathmon,qui locus Aegyptum ab Africa diuidit, se cũdo mari prima Cyrene est,colonia Thereon,ac deinceps duæ syrtes,interq; eas Leptis,deinde Aræphilenon,quem locũ Aegyptũ uersus finẽ imperii habuere Carthaginiẽses.

a.l. philenorum ut apũd Valerium,

Post aliæ punicæ urbes, cætera loca usq; ad Mauritaniam Numidæ tenent. Proxime Hispaniam Mauri sunt. Super Numidam Getulos accepimus, partim ĩ tuguriis, alios incultius uagos agitare. Post eos Aethyopes esse. deinde loca exusta Solis ardoribus. Igitur bello Iugurthino, pleraq; ex Punicis oppida, & fines Carthaginiensiũ, quos nouissime habuerãt, populus Ro. p magistratus administrabat. Getulorũ magna pars, & Numidæ usq; ad flumen Mulucham sub Iugurtha erant. Mauris omnibus Rex Bochus imperitabat, præter nomen, cætera ignarus populi Ro. Itẽq; nobis neq; bello, neq; pace antea cognitus. de Africa & eius incolis, ad necessitudinem rei, satis dictum est.

POstquã diuiso regno legati Africa discessere, & Iugurtha contra timorem animi præmia sceleris adeptum sese uidet, certum esse ratus, quod ex amicis apud Numantiam acceperat, omnia Romæ VENALIA esse, simul & illorũ pollicitationibus accensus, quos pauloante muneribus expleuerat, in regnũ Adherbalis animũ intendit. Ipse acer, bellicosus. At is, quem petebat, quietus, imbellis, placido ingenio, opportunus iniuriæ, metuẽs magis, quã metuundus. Igitur ex improuiso, fines eius cum magna manu inuadit, multos mortales cũ pecore, atq; alia præda capit, ædificia incẽdit, pleraq; loca hostiliter cum equitatu accedit. Deinde cũ omni multitudine in regnũ suũ se cõuertit, existimãs Adherbalem dolore permotũ, iniurias suas manu uindicaturũ, eãq; rem belli caussam fore. At ille, quod neq; se parem armis existimabat, & amicitia populi Ro. magis, quã Numidis fretus erat, legatos ad Iugurthã de iniuriis questum misit,

qui tametsi cõtumeliosa dicta retulerãt, prius tamẽ omnia pati decreuit, quã bellum sumere, quia tentatũ antea secus cesserat. Neq; eo magis cupido Iugurthæ minuebať, quippe qui totũ eius regnum animo iã inuaserat. Itaq; non uti antea cũ prædatoria manu, sed magno exercitu cõparato, bellũ gerere cœpit, & aperte totius Numidiæ imperiũ petere. Cæterũ qua ꝑgebat, urbes, agros uastare, prædas agere, suis animũ, hostibus terrorẽ augere. Adherbal ubi intelligit eo ꝓcessum, uti regnũ aut relinquendũ, aut retinendũ armis esset, necessario copias parat, & Iugurthæ obuius ꝓcedit. Interim haud longe a mari prope Cirtham oppidũ, utriusq; exercitus cõsedit, & quia diei extremũ erat, præliũ non est inceptum. Sed ubi plerũq; noctis ꝓcessit obscuro etiam tum lumine milites Iugurthini signo dato, castra hostium inuadũt, semisomnes partim, alios arma sumentes, fugant, funduntq;. Adherbal cũ paucis equitibus Cirthã profugit. Et ni multitudo togatorũ fuisset, quæ Numidas insequẽtes a mœnibus prohibuit, uno die inter duos Reges cœptũ, atq; patratũ bellũ foret. Iugurtha oppidum circũsedit, uineis, turribusq;, & machinis omniũ generum expupugnare aggrediť, maxime festinãs tẽpus legatorũ antecapere, quos ante præliũ factũ, ab Adherbale Romã missos audiuerat. Sed postquã Senatus de bello eoꝝ accepit, tres adolescẽtes in Africã legãtur, qui ambos Reges adeãt, Senatus, populiq; Ro. uerbis nunciẽt, uelle & censere eos ab armis discedere, ita seq;, illisq; diguũ esse. Legati in Africã maturãtes ueniũt, eo magis q̃d Romæ dũ ꝓficisci parant, de prælio facto, & oppugnatiõe Cirthæ audiebať. Sed is rumor clemẽs erat. Quorũ Iugurtha accepta oratione re/

ſpondit, ſibi neq; maius quidquã, neq; carius autoritate Se natus eſſe, ab adoleſcẽtia ita ſe eniſum, ut ab optimo quo/ q; probaretur, uirtute nõ malitia. P. Scipioni ſummo uiro placuiſſe, ob eaſdẽ artes a Micipſa, nõ penuria liberorũ in regnũ adoptatũ eſſe, Cæterũ quo plura bene, atq; ſtrenue feciſſet, eo animũ ſuum iniuriã minus tolerare, Adherbalẽ dolis uitæ ſuæ inſidiatũ, quod ubi comperiſſet eius ſceleri obuiã iſſe. populũ Ro. neq; recte, neq; pro bono facturũ. ſi ab iure gentiũ ſeſe prohibuerit. Poſtremo de omibus re/ bus legatos Romã breui ſe eſſe miſſurũ. Ita utriq; digre/ diuntur. Adherbali copia appellandi nõ fuit. Iugurtha ubi eos Africa deceſſiſſe ratus eſt, neq; propter naturam loci Cirtham armis expugnare poteſt, uallo atq; foſſa mœnia circũdat, turres extruit, eaſq; ptæſidiis firmat. præterea di es nocteſq; aut p̄ uim, aut dolis tentare, defenſoribus mœ/ nium præmia modo, modo formidinẽ oſtentare, ſuos hor/ tando ad uirtutẽ arrigere, prorſus intentus cuncta parare, Adherbal ubi intelligit oẽs ſuas fortunas in extremo ſitas hoſtẽ infeſtũ, ſpem auxilii nullã, penuria rerũ neceſſariarũ bellum non poſſe trahi, ex his, qui una Cirthã profugerãt, duos muxime impigros delegit, eos multa pollicendo, ac miſerando caſum ſuũ confirmat, uti per hoſtiũ munitiones noctu ad proximũ mare, dein Romã pergerent, Numidæ paucis diebus iuſſa efficiũt. Literæ Adherbalis in Senatu recitatæ ſunt, quarum ſententia hæc fuit.


On mea culpa ſæpe ad uos oratum mitto. P. C. Sed uis Iugurthæ ſubigit, quẽ tanta libido extinguẽdi me inuaſit, ut neq; uos, neq; Deus immortales in animo habeat, ſanguinẽ meũ,

quã omnia malit. Itaq; quintũ iam mensem socius, & ami/
cus populi Ro. armis obsessus teneor, neq; mihi Micipsæ
patris mei beneficia, neq; uestra decreta auxiliantur, ferro,
an fame acrius urgear, incertus sum. Plura de Iugurtha
scribere dehortatur me fortuna mea, etiam ante expertus
sum parũ fidei miseris esse, nisi tamẽ intelligo illum, supra
quã ego sum petere, neq; simul amicitiã uestrã, & regnum
meũ sperare. Vtrũ grauius existimet nemini occultum est.
Nam initio occidit Hiempsalẽ fratrẽ meũ. deinde patrio
regno me expulit, quæ sane nostræ fuere iniuriæ, nihil ad
uos. Verum nũc regnum uestrũ armis tenet, me, quem uos
imperatorem Numidis imposuistis, clausum obsidet, lega/
torũ uerba quanti fecerit, pericula mea declarãt. Quid est
reliquũ, nisi uis uestra, qua moueri possit? nam ego quidẽ
uellẽ, & hæc quæ scribo, & illa, quæ antea in Senatu quæ/
stus sum, uana forẽt, potius quã miseria mea fidem uerbis
faceret. Sed quoniã eo natus sum, ut Iugurthæ scelerum
ostentui essem, non iã mortem, neq; ærũnas tantũmodo ini
mici imperiũ, & cruciatus corporis deprecor. Regno Nu/
midiæ, quod uestrum est, uti libet consulite, me ex manibus
impiis eripite, per maiestatẽ imperii, per amicitiæ fidem,
si ulla apud uos memoria remanet aui mei Masinissæ. His
literis recitatis, fuere q exercitũ in Africam mittendũ cen/
serent, &, q̃primũ Adherbali subueniendũ. de Iugurtha in/
terim uti consuleretur, quoniã non paruisset legatis, sed ab
iisdẽ illis fautoribus Regis summa ope enisum est, ne tale
decretum fieret, ita bonum PVLICVM, uti in plerisq; ne/
gociis solet, PRIVATA gratia deuictũ. Legãtur tamẽ in
Africã maiores natu nobiles, amplis honoribus usi, in quis
fuit.

fuit. M. Scaurus, de quo supra memorauimus, consularis, & tum in Senatu princeps. hi, quod in inuidia res erat, si/mul & a Numidis obsecrati, triduo nauim ascendere, de/inde breui Vticam adpulsi, litteras ad Iugurtham mittũt, quam ocyssime ad prouinciam accedat, se quæ ad eum ab Senatu missos. Ille, ubi accepit homines claros, quorum auctoritatem Romæ pollere audierat, contra inceptum suum uenisse, primo commotus metu, atq; libidine, diuer/sus agitabatur. Timebat iram Senatus, ni paruisset lega/tis. Porro animus cupidine cæcus, ad inceptum scelus rapi/ebatur. uicit tamen in auido INGENIO. prauum consi/lium. Igitur exercitu circundato, summa ui Cirtham irrũ/pere nititur, maxime sperans diducta manu hostium, aut ui, aut dolis sese casum uictoriæ inuenturum. Quod ubi secus procedit, neque quod intenderat, efficere potest, ut prius, quam legatos conueniret, Adherbalis potiretur, ne amplius morando Scaurum quem plurimum metuebat, incẽderet, cum paucis equitibus in prouinciam uenit. Ac ta metsi Senatus uerbis graues minæ nunciabantur, quod ab ea oppugnatione non desisteret, multa tamen oratione consumpta, frustra legati decessere. Ea postquam Cirthæ audita sunt, Italici, quorum uirtute mœnia defensabantur, confisi, deditione facta propter magnitudinem populi R. inuiolatos sese fore. Adherbali suadent, uti sese, & oppidũ Iugurthæ tradat, tantum ab eo uitam paciscatur, de cæte/ris Senatui curæ fore. At ille tametsi omnia potiora fide Iugurthæ rebatur, tamen quia penes eosdem, si aduersare/tur, cogendi potestas erat, ita uti censuerant Italici, dediti/onem facit.


Vgũrtha in primis Adherbalem excruciatum necat, deinde omnes puberes Numidas, atq; negociatores promiscue, uti quisq; armatus obuius fuerat, interfecit. Quod postquã Ro/mæ cognitus est, & res in Senatu agitare cœpit, iidem illi ministri Regis interpellando, ac sæpe gratia, interdum iur/giis trahendo tempus, atrocitatem facti leniebant. At ni C. Memmius tribunus plebis disignatus, uir acer, & infe/stus potentiæ nobilitatis Populũ Ro. edocuisset id agi, ut per paucos factiosos scelus Iugurthæ condonaret, profe/cto omnis inuidia ꝓlatandis consultationibus dilapsa fo/ret. Tanta uis gratiæ atq; PECVNIAE Regis erat. Sed ubi Senatus delicti cõscientia populũ timet, lege Sempro/nia, ꝓuincia futuris consulibus Numidia, atq; Italia decre/tæ sunt, Cõsulesq; declarati sunt. P. Scipio Nasica. L. Be/stia Calpurnius. Numidia Calpurnio. Scipioni Italia ob/uenit. Deinde exercitus, q in Africã portaret scribitur, Sti/pendiũ, aliaq;, quæ bello usui forent, decernũtur. At Iugur/tha cõtra spem nũtio accepto, qppe cui ROMAE OM/NIA uenũire animo hæserat, filium, & cũ eo duos familia/res ad Senatũ legatos mittit, hisq; uti illis, quos Hiempsa/le interfecto miserat præcœpit, ut oĩes mortales pecunia aggrediãtur, q postquã Romã aduentabãt, Senatus a Be/stia cõsultus est, placeret ne legatos Iugurthæ recipi mœ/nibus. Iiq; decreuere, nisi regnũ, ipsumq; deditũ uenissent, ut diebus ꝓximis decẽ, Italia decederent, Consul Nnmidis ex Senatus decreto nũtiari iubet, ita infectis rebus, illi do/mũ discedũt. Interim Calpurnius parato exercitu, legit si/bi homines nobiles, factiosos quorũ auctoritate, quæ deli/

quiſſet, munita fore ſperabat, in quis fuit Scaurus, cuius de natura & habitu ſupra memorauimus. Nam in cõſule nr̃o multæ bonæq; artes animi, & corpis erant, quas oĩs auaritia præpediebat, patiẽs laborũ, acri ingenio, ſatis ꝓuidens, belli haud ignatus, firmiſſimus contra pericula, & inſidias. Sed legiones per Italiã Rhegiũ, atq; inde Siciliã, porro ex Sicilia in Africã tranſuectæ ſũt. Igitur Calpurnius in initio paratis cõmeatibus, acriter Numidiã ĩgreſſus eſt, multoſq; mortales, & urbes aliquot pugnãdo cœpit. Sed ubi Iugurtha pecunia p legatos tentare, belliq; quod adminiſtrabat aſperitatẽ oſtendere cœpit, aĩus æger, AVARITIA facile cõuerſus eſt. Cæterũ ſocius, & miniſter oĩm conſiliorũ aſſumitur Scaurus, qui tametſi a principio pleriſq; ex factione eius corruptis, acerrime Regẽ impugnauerat, tamẽ magnitudine pecuniæ a bono, honeſtoq; in prauũ abſtractus eſt Sed Iugurtha primũ tantũmodo belli moram redimebat. exiſtimãs ſeſe interim aliqd Romæ precio, aut gratia effecturũ. Poſtea uero quã, participẽ negocii Scaurũ accepit, in maximã ſpem adductus recupandæ pacis, ſtatuit cũ eis de oĩbus pactionibus præſens agere. Cæterũ interea fidei cauſſa, mittiť a cõſule Sextus quæſtor ĩ oppidũ Iugurthæ Vaccã. Cuius rei ſpecies erat acceptio frumẽti, qđ Calpurnius palam legatis impauerat, quoniã deditiõis mora induciæ agitabanť. Igitur Rex uti cõſtituerat in caſtra uenit, ac pauca præſenti cõſilio locutus, de inuidia ſui facti, atq; uti in deditionẽ acciperet, reliqua cũ Beſtia & Scauro ſecreta trãſegit. Deinde poſtero die quaſi per Satyrã legem ſentẽtiis exquiſitis, in deditionem accipitur. Sed uti pro conſilio imperatum erat, Elephanti. xxx. pecus, atq; equi multi,

nō cum paruo argenti pōdere Questori tradūtur. Calpurnius Romā ad magistratus rogandos ꝓficiscitur. In Numidia, & exercitu nostro pax agitabat̃. Postquā res in Africa gestas, quoq; modo actæ forent, fama diuulgauit, Romæ ꝑ omnes locos, & cōuentus, de facto consulis agitari, apud plebē grauis inuidia, patres soliciti erāt, probarēt ne tantū flagitium, an decretū cōsulis subuerterēt, parū constabat. Ac maxime eos potentia Scauri, quod is autor, & socius Bestiæ ferebat̃, a uero, bonoq; īpediebat. At. C. Memmius cuius de libertate ingenii, & odio potētiæ nobilitatis supra diximus, inter dubitationē, & moras Senatus, in concionibus populū ad uindicandū hortari, monere, ne Rēp. ne libertatē suā desererent, multa superba, & crudelia facinora nobilitatis ostēdere, ꝓrsus intentus omni modo plebis aīm accēdebat. Sed quoniā ea tēpestate Romæ Memmii facūdia clara, pollensq; fuit, decere existimaui unā ex tā multis orationē eius ꝑscribere. Ac potissimū eam dicā, quā in contione post reditū Bestiæ huiuscemodi uerbis disseruit.

C. MEMMII ORATIO.


VIta me dehortantur a uobis Quirites, ni studiū Reip. omnia superet, opes factiōis, uestra pacientia ius nullū, ac maxime quod innocentiæ plus periculi, quam honoris est. Nam illa quidem piget dicere, his annis quindecim, quā ludibrio fueritis superbiæ paucorū, quā fœde, quamq; multi perierint uestri defensores, ut uobis animus ab ignauia atq; socordia corruptus sit, qui ne nūc quidem obnoxii inimicis exurgitis atq; etiā nūc timetis eos, quibus uos decet terrori esse. Sed quanq̄ hæc talia sunt, tamen obuiam ire factionis potētiæ

animus

animus subigit. Certe ego libertatem, quæ mihi a parente meo tradita est, experiar. Verũ id frustra, an ob rem faciã, in uestra manu sitũ est Quirites. Neq; ego uos hortor, qđ sæpe maiores uestri fecere, uti contra iniurias armati eatis, nihil ui, nihil secessiõe opus est, necesse est suometipsi more præcipites eant Occiso Tiberio Graccho, quẽ regnum sibi parare aiebant in plebẽ Romanam quæstiones graues habitæ sunt. Post. C. Gracchi &. M. Fuluii cædem, item uestri ordinis multi mortales in carcere necati sunt. Vtriusq; cladis nõ lex, uerũ libido eorꝝ finẽ fecit. Sed sane fuerit regni reparatio, plebi sua iura restituere, quicquid sine sanguine ciuiũ ulcisci nequit, iure factũ sit. Superioribus annis taciti indignabamini ærarium expilari, Reges & populos liberos paucis nobilibus uectigal pendere, penes eosdẽ, & summã gloriam & maximas diuitias esse, tamen hæc talia facinora impune suscepisse, parũ habuere. Itaq; postremo leges, maiestas uestra diuina, & humana omĩa hostibus tradita sunt. Neq; eos qui ea fecere pudet, aut pœnitet, sed incedunt per ora uestra magnifice, sacerdotia, & consularis, pars triumphos suos ostentantes, perinde quasi ea honori, nõ prædę habeãt. Serui ære parati, INIVSTA imperia dominorũ nõ ꝑferunt, Vos Quirites in imperio nati, æquo animo seruitutẽ toleratis? At qui sunt hi, qui Remp. occupauere? homines sceleratissimi cruentis manibus, immani auaritia, innocẽtissimi, & idẽ supbissimi, qbus, fides, decus, pietas, postremo honesta atq; inhonesta oĩa quæstui sunt. pars eorũ occidisse Tribunos plebis, alii quæstiones iniustas, pleriq; cædẽ in uos fecisse ꝓ munimẽto habẽt. Itaq; q̃ quisq; pessime fecit, tam maxime tutus est, metũ a scelere

ſuo ad ignauiã ueſtrã trãſtulere, quos omnes EADEM cu
pere, eadẽ odiſſe, eadẽ metuere in unũ coegit. Sed hæc in-
ter bonos AMICITIA, inter malos FACTIO eſt. Quod
ſi tantã uos libertatis curã haberetis, quã illi ad dominati-
onẽ accenſi ſunt, ꝓfecto neq; Reſp. ſicuti nũc, uaſtaret̃, &
beneficia ueſtra penes optimos, non audaciſſimos forent.
Maiores ueſtri parandi iuris, & maieſtatis cõſtituendæ gra
tia, bis per ſeceſſionẽ armati, Auentinũ mõtem occupaue-
re, uos pro libertate, quam ab illis accepiſtis, nonne ſumma
ope nitemini? atq; eo uehementius, quo maius dedecus eſt,
PARTA amittere, quã omnino nõ parauiſſe? Dicet aliqs,
quid igitur cenſes? uindicandum in eos, qui hoſti prodidere
Remp. non manu, neq; ui, quod magis uos feciſſe, quã illis
accidiſſe indignũ eſt, uerum quæſtionibus, & indicio ipſius
Iugurthæ, qui, ſi deditcius eſt, ꝓfecto iuſſis ueſtris obediẽs
erit, Sin ea contemnit, ſcilicet æſtimabitis, qualis illa pax,
aut deditio ſit, ex qua ad Iugurtham ſcelerũ impunitas, ad
paucos potentes maximæ diuitiæ, ad Remp. damna, atq;
dedecora peruenerint. Niſi forte dominatiõis eoꝝ ſacietas
nondum etiã uos tenet, & illa, quã hæc tẽpora magis pla-
cent, cũ regna, ꝓuinciæ, leges, iura, iudicia, bella, atq; paces
poſtremo diuina, & humana oĩa penes paucos erant. Vos
aũt, hoc eſt populus Ro. inuicti ab hoſtibus, Imperatores
omniũ gentiũ, ſatis habebatis animã retinere. Nam ſerui
tutẽ quidẽ quis ueſtrũ recuſare audebat? Atq; ego, tam &
ſi uirium flagitioſiſſimũ exiſtimo, impune iniuriã accepiſ-
ſe, tamen uos ſceleratiſſimis hominibus ignoſcere, quoniã
ciues ſunt, æquo animo paterer, ni miſericordia in perniciẽ
caſura eſſet. Nam & illos, quantum importunitas habent,

parũ est impune male fecisse, nisi deinde faciundi licentia eripiatur. Et uobis æterna solicitudo remanebit, cũ intelligitis, autẽ seruiendũ esse, aut ꝑ manus libertatẽ retinendã. Nam fidei quidem & concordiæ, quæ spes est? dominari illi uolunt, uos liberi esse, facere illi iniurias, uos prohibere, postremo sociis uestris uelut hostibus, hostibus ꝓ sociis utũtur. Potest ne in tã diuersis mẽtibus pax aut amicitia esse? Qnare moneo, hortorq; uos, ne tantum scelus impunitum omittatis. Non peculatus ærarii factus est, neq; per uim sociis ereptæ pecuniæ. Quæ quãq̃ grauia sunt, tamẽ CONSVETVDINE iam pro nihilo habentur. Hosti acerrimo prodita Senatus autoritas, proditũ imperiũ uestrũ est, domi militiæq; Resp. uenalis fuit. Quæ nisi quæsita erũt, nisi uindicatũ in noxios, quid erit reliquũ, nisi ut illis, qui ea fecere, obedientes uiuamus? Nam impune quiblibet facere, IDEST REGEM esse. Neq; ego uos Quirites hortor, ut iam malitis ciues uestros perperã, quã recte fecisse. Sed ne ignoscendo malis, bonos perditũ eatis. Ad hoc in Rep. MVLTO PRAESTAT beneficii q maleficii ĩmemorẽ esse. bonus tantũmõ segnior fit, ubi negligas, at MALVS ĩprobior. Ad hoc iniuriæ nõ sint, haud sæpe auxilii egeas.

HAec atq; alia huiuscemodi sæpe dicendo. C. Memmius populo Ro. persuadet, uti. L. Cassius, qui tum prætor erat, ad Iugurtham mitteretur, eũq; ĩterposita fide publica, Romam duceret, quo facili9 ĩdicio Regis, Scauri, & reliquorũ, quos pecuniæ captæ arcessebãt, delicti patefierẽt. Dũ hæc Romæ geruntur, q in Numidia relicta a Bestia exercitui præerãt, secuti morẽ Imperatoris sui plurima & flagitiosissima

ſacinora facere. Fuere, qui auro correpti, Elephãtes Iugurthæ traderẽt. Alii perſugas uenderẽt, pars ex pacacis prædas agebãt Tãta uis auaritiæ in animos corũ ueluti tabes inuaſere. At Caſſius populi Ro. perlata rogatione a. C. Memmio, ac perculſa omni nobilitate ad Iugurthã proficiſcitur, eiq; timido, & ex cõſciẽtia diffidenti rebus ſuis perſuadet, quo populo R. dediſſet, ne uim, quã miſericordiã eius experiri malit, priuatim præterea fidẽ ſuã interponit, quã ille nõ minoris, quã publicã ducebat. Talis ea tẽpeſtate fama de Caſſio erat. Igitur Iugurtha cõtra decus Regiũ cultu q̃ maxime miſerabili cũ Caſſio Romã uenit. Ac, tam & ſi in ipſo magna uis animi erat, cõfirmatus ab omnibus, quorũ potentia, aut ſcelere cũcta ea geſſerat, quæ ſupra diximus. C. tamẽ Bebiũ tribunũ plebis magna mercede parat, cuius impudentia cõtra ius, & iniurias oẽs munitos foret. At. C. Memmius ad uocata contione, quanquã Regi infeſta plebes erat, & pars in uincula Duci iubebat pars niſi ſocios ſceleris ſui aperiret, more maiorum de hoſte ſupplicium ſumi, dignitati magis quã iræ cõſulens, ſedare motus & animos eorum mollire. Poſtremo confirmare fidem publicam per ſeſe inuiolatã fore. Poſt ubi ſilentium cœpit, producto Iugurtha, uerba facit, Romæ, Numidiæq; facinora eius memorat, ſcelera in patrẽ, fratreſq; oſtẽdit, q̃bus iuuantibus, quibuſq; miniſtris ea egerit, quanquã intelligat populus Ro. tamen uelle manifeſta magis ex illo habere. Si uerũ apariat in fide, & clemẽtia populi R. magnã ſpem illi ſitam, ſin reticeat, nõ ſociis ſaluti fore, ſed ſe, ſuaſq; ſpes corrupturũ. Deinde ubi Memmius dicendi finem fecit, & Iugurtha reſpondere iuſſus eſt. C. Bebius tribunus plebis

quem pecunia corruptũ supra diximus, Regẽ tacere iubet ac tametsi multitudo, quæ in contione aderat uehementer accẽsa, terrebat eum, clamore, uultu, sæpe impetu, atq; aliis omnibus, quæ ira fieri amat, uicit tamen impudentia. Ita populus ludibrio habitus, ex contione discessit. Iugurthæ, Bestiæq; & cæteris, quos illa quæstio, exagitabat, animi augescũt. Erat ea tempestate, Romæ q̃dam nomine Massiua Gulussæ filius, Masinissæ nepos, qui quia indissensione regum, Iugurthæ aduersus fuerat, dedita Cirtha, & Adherbale interfecto, profugus ex Africa abierat. Huic Spurius Albinus, qui proximo anno post Bestiam cũ Quinto Minutio Rufo consulatũ gerebat, persuadet, quoniã e stirpe Masinissæ sit. Iugurthamq; ob scelera inuidia cũ metu urgeat, regnũ Numidiæ ab Senatu petat. Auidus cõsul belli gerũdi, mouere, quã senescere omnia malebat. Ipsi ꝓuincia Numidia, Minutio Macedonia euenerat. Quæ postquã Massiua agitare cœpit, neq; Iugurthæ ĩ amicis satis præsidii est, quod eoꝝ alium cõscientia, aliũ mala fama et timor impediebat, Bomilcari ꝓximo, ac maximo fido sibi imperat, precio, sicuti multa confecerat, insidiatores Massiuæ paret, ac maxime occulte. Sin id parum procedat, quouis modo Numidã interficiat. Bomilcar mature Regis mandata exequitur, & ꝑ homines talis negocii artifices, itinera, egressusq; eius, postremo loca, atq; tempora cũcta explorat. deinde ubi res postulabat, insidas tendit. Igitur unus ex eo numero, q̃ ad eadẽ parati erãt, paulo incõsultius Massiuam aggreditur, illũq; obtrũcat. Sed ipse deprehẽsus multis hortãtibus, & inprimis Albino consule indiciũ profitet̃ Fit reus magis ex æquo & bono, quã ex iure gentium Bo/

Masinissa, Apd̃ Liui. nominatur

milcar comes eius,qui Romã fide publica uenerat. At Iu/gurtha manifeſtus tanti ſceleris, non prius omiſit contra uerũ niti, quã animaduertit ſuper gratiã atq; pecuniã ſuã inuidiam facti eſſe. Igitur quanq̃ in priore actione ex ami/cis quinquaginta uades dederat,regno magis,quã uadibus conſulens, clam in Numidiam Bomilcarem demittit,ueri/tus ne reliquos populares metus inuaderet, parendi ſibi ſi de illo ſuppliciũ ſumptum foret. Et ipſe paucis diebus eo/dem profectus eſt, iuſſus a Senatu Italia decedere. Sed poſtquã Roma egreſſus eſt, fertur eo ſæpe tacitus reſpici ens,poſtremo dixiſſe, VRBEM VENALEM, & matu/re perituram,ſi emptorem inuenerit.


Nterim Albinus renouato bello, comeatuũ, ſtipendiũ,aliaq;,quæ militibus uſui forent,ma turat in Africam portare, ac ſtatim ipſe pro/fectus eſt.uti ante comitia,quod tempus haud longe aberat,armis,aut deditione, aut quouis modo bellũ conficeret. At contra Iugurtha trahere omnia,et alias dein de,alias moræ cauſſas facere,polliceri deditionẽ,ac deinde metũ ſimulare, inſtanti cedere, & paulopoſt, ne ſui diffide/rent,inſtare,ita belli modo,modo pacis mora conſulẽ ludi ficare. Ac fuere qui tum Albinũ haud ignarũ conſilii regis exiſtimarẽt. Neq; ex tãta properantia tam facile tractum bellũ,ſocordia magis,quã dolo crederent. Sed poſtquã di/lapſo tẽpore comitiorũ dies aduẽtabat, Albinus Aulo fra tre in caſtris pro prætore relicto,Romã deceſſit. Ea tẽpe/ſtate Romæ ſeditionibus tribunitiis atrociter Reſp. agita batur. Publius Lucius, & Lucullus Annius tribuni plebis reſiſtẽtibus collegis, cõtinuare magiſtratũ nitebatur. quæ

diſſenſio

dissensio totius anni comitia impediebat. Ea mora in spem adductus Aulus, quẽ pro prætore in castris relictũ supra diximus, aut conficiendi belli, aut terrore exercitus ab Re/ge pecunia capiundæ, milites mense Ianuario ex hibernis in expeditionẽ euocat, magnisq; itineribus hyeme aspera p uenit ad oppidum Suthul, ubi Regis thesauri erãt. Quod, quãquã & sæuitia tẽporis, & opportunitate loci, neq; ca/pi, neq; obsideri poterat, nam circũ murum situm in præ/rupti montis extremo, planicies limosa hyemalibus aquis paludẽ fecerat, tamẽ aut simulandi gratia, quo Regi formi dinẽ adderet, aut cupidine cæcus ob thesauros oppidi po/tiũdi, uineas agere, aggerem iacere, aliaq; quæ cœpto usui forẽt, properare. At Iugurtha cognita uanitate, atq; impe ritia legati, subdole eius augere amentiã, missitare suppli/cantes legatos, ipse quasi uitabundus per saltuosa loca, & tramites exercitũ ductare, deniq; Aulum spe pactionis pe/pulit, uti relicto Suthule, in abditas regiones, sese ueluti ce dentem insequeret, ita delicta occultiora fore. Interea per hoĩes callidos, die, noctuq; exercitum tentabat, cẽturiones ducesq; turmarũ, partim uti trãsfugerẽt, corrumpere, alii, signo dato, locum uti desererẽt. Quæ, postquã ex sententia instruxit, intẽpestata nocte de improuiso cum multitudine Numidarũ Auli castra circũuenit. Milites Romani pculsi tumultu ĩsolito, arma capere, alii sese abdere, pars territos cõfirmare, trepidare oĩbus locis, uis magna hostiũ, cœlum nocte, atq; nubibus obscuratũ, periculũ anceps postremo fugere, an manere, tutius foret, ĩ incerto erat. Sed ex eo nu mero, quos pauloãte corruptos diximus, cohors una Ligu rũ, cũ duabus turmis Thracũ, & paucis gregariis militib9

transire ād Regē, & centurio primipili tertiæ legionis per munitionem quā uti defenderet, acceperat, locum hostibus introeundi dedit. Ea Numidæ cuncti irrupere, nostri fuga fœda, pleriq; abiectis armis, proximū collem occupauere, nox atq; præda castrorum, hostes, quo minus uictoria uterentur remorati sunt. Deinde Iugurtha postero die cum Aulo in colloquio uerba facit, tam & si ipsum cū exercitu fame & ferro clausum tenet, tamē se humanarū rerū memorē, si secū fœdus faceret, incolumes oēs sub iugū missurum, præterea uti diebus decem Numidia decederet. Quæ quanquā grauia, & flagitii plena erant, tamen quia mortis metu multabātur, sicuti Regi libuerat, pax conuenit. Sed ubi ea Romæ cōperta sunt, metus atq; mœror ciuitatem inuasere. pars dolere pro gloria Imperii, pars insolita rerū bellicarū timere libertati. Aulo oēs infesti, ac maxime qui bello sæpe præclari fuerāt, quod armatus dedecore potius quā manu salutē quæsierat, Ob ea consul Albinus ex delicto fratris inuidiam, ac demū periculū timens, Senatū de fœdere cōsulebat, & tamen interim exercitui supplementū scribere, ab sociis nomine latino auxilia accersere, deniq; omnibus modis festinare. Senatus uti par fuerat decernit, suo, atq; populi iniussu nullū potuisse fœdus fieri. Consul impeditus a Tribunis plebis, ne quas parauerat copias, secū portaret, paucis diebus in Africā proficiscit. Nam oīs exercitus uti cōuenerat, Numidia deductus in ꝓuincia hyemabat. Postquā eo uenit, quanq̄ ꝑsequi Iugurtham, & mederi fraternæ inuidiæ animus ardebat, cognitis militibus, quos præter fugam solito imperio, licentia atq; lasciuia corruperat, & copia rerum statuit, nihil sibi agitandum.

Interea

Intereà Romæ Brachus Mamillus Lemetanus tribunus plebis rogationẽ ad populum promulgat, uti quæreret in eos, quorũ consilio Iugurtha Senatus decreta neglexisset, quiq; ab eo legatiõibus, aut imperiis pecunias accepissent, qui elephantos, quiq; perfugas tradidissent, itemq; qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent. Huic rogationi partim conscii sibi, alii ex partium inuidia pericula metuẽtes, quoniã aperte resistere non poterant, quin illa & alia talia placere sibi faterent, occulte per amicos, ac maxime p homines Latini nominis, & socios Italicos impedimẽta parabant. Sed plebs incredibili est memoratu, quãtum intenta fuerit, quãtaq; ui rogationẽ iusserit, decreuerit uoluerit, magis odio nobilitatis, cui mala illa parabantur, quã cura Reip. tãta libido in partibus erat. Igitur cæteris metu perculsis. M. Scaurus, quẽ legatũ Bestiæ fuisse supra docuimus, inter læticiã plebis, & suorũ fugã, trepida etiam tum ciuitate, cũ ex Mamilli rogatione tres quæsitores rogarẽtur, effecerat, uti ipse in eo numero crearet. Sed quæstione exercitata aspere, uiolenterq; ex rumore & libidine plebis, ut sæpe nobilitatẽ, sic ea tẽpestate plebẽ ex secũdis rebus insolẽtia cœperat. Cæterũ mos partiũ populariũ, & Senatus factionũ, ac deinde omniũ malarum artiũ, & paucis ante annis Romæ ortus est ocio, atq; abundantia earũ rerũ, quæ prima mortales ducunt. Nam ante Carthaginẽ deletã populus, & Senatus Romanus, placide, modesteq; inter se Remp. tractabant, neq; gloriæ, neq; dominationis certamen inter ciues erat;. metus hostilis in bonis artibus, ciuitatẽ retinebat. Sed ubi illa formido mentibus decessit, scilicet ea quæ SECVNDAE RES amant, lasciuia atq;

ſuperbia inceſſere. Ita, quod in aduerſis rebus optauerant,
otiũ poſtquã adepti ſunt, aſperius acerbiuſq; fuit. Nanq;
cœpere nobilitas dignitatem in ſupbiam, plebis libertatẽ in
libinem uertere, ſibi quiſq; ducere, trahere, rapere. Ita oĩa
in duas partes abſtracta ſunt Reſp. quæ media fuerat dila
cerata eſt. Cæterũ nobilitas factione magis pollebat. Ple/
bis uis ſoluta, atq; in multitudine diſperſa minus poterat.
Paucoꝝ arbitrio belli, domiq; Reſp. agitabat penes eoſdẽ
ærariũ, prouinciæ, magiſtratus, gloriæ. triũphiq; erãt. Po/
pulus militia, atq; inopia urgebat. Prædas bellicas impa/
tores cũ paucis diripiebãt. Interea parẽtes, aut parui liberi
militũ, uti quiſq; potẽtiori cõfinis erat, ſedibus pellebãtur.
Ita cũ potẽtia auaritia ſine modo, ĩmodeſtiaq; ĩuadere. pol
luere, & uaſtare oĩa, nihil penſi, neq; ſancti habere, quoad
ſemetipſam præcipitauit. Nã ubi primũ ex nobilitate re/
perti ſunt, qui ueram gloriã iniuſtæ potẽtiæ, anteponerẽt,
moueri ciuitas, & diſſenſio ciuilis quaſi ꝑmixtio terræ oriri
cœpit. Nam poſtq̃ Tiberius, &. C. Gracchus, quorũ ma/
iores Punico, atq; aliis bellis multũ Reip, addiderant, uin/
dicare plebẽ in libertatẽ, & paucorũ ſcelera patefacere cœ
pere, nobilitas noxia, atq; eo perculſa, modo per ſocios, ac
nomẽ Latinũ, interdum per equites Romanos, quos ſpes
ſocietatis a plebe dimouerat, Gracchoꝝ actionibus obuiã
ierat. Et primo Tiberiũ, deinde paucos poſt annos eadem
ingredientẽ. C. Tribunũ pleb. alterum, alterũ triumuirum
coloniis deducendis cũ. M. Fuluio Flacco ferro necauerat.
Et ſane Gracchis cupidine uictoriæ haud ſatis moderatus
animus fuit. Sed BONO uinci ſatius eſt, quã malo more
iniuriam uincere. Igitur ea uictoria nobilitas ex libidine ſua

uſa, multos mortales ferro, aut fuga extinxit, pluſq; in reliquũ ſibi timoris, q̃ potentiæ addidit. QVæ RES plerũq; magnas ciuitates peſſundedit, dum alteri alteros uincere quouis modo, & uictos acerbius ulciſci uolunt. Sed de ſtudiis partiũ, & omnibus ciuitatis moribus, ſi ſingillatim, aut pro magnitudine parem diſſerere, tẽpus, quã res maturius me deſeret. Quã ob rem ad incœptum redeo.

POſt Auli fœdus, exercituſq; noſtri fœdam, fugam, Metellus, & Sillanus conſules deſignati, prouincias inter ſe partiuerant, Metelloq; Numidia euenerat, acri uiro, & quanq̃ aduerſo populi partibus, fama tamen æquabili & inuiolata. Is ubi primũ magiſtratum ingreſſus eſt, alia omnia ſibi cum collega cõmunia ratus ad bellum, quod geſturus erat animũ intendit. Igitur diffidens ueteri exercitui, milites eligere, ſcribere, præſidia undiq; acceſſere, arma, tela equos, & cætera inſtrumenta militiæ parare. Ad hoc commeatũ affatim, deniq; omnia quæ in bello uario & multarum rerum egenti uſui eſſe ſolent. Cæterũ ad ea patranda Senatus autoritate, ſocii, nomenq; Latinũ & Reges ultro auxilia mittendo, Poſtremo omnis ciuitas ſummo ſtudio adnitebatur. Itaq; ex ſentẽtia omnibus rebus paratis, cõpoſitiſq; in Numidia proficiſcitur, magna ſpe ciuiũ, cũ ꝓpter bonas artes tum maxĩe quo d aduerſum diuitias inuictũ animum gerebat, & auaritia magiſtratuum ante id tempus in Numidia noſtræ opes contuſæ, hoſtium auctæ erant. Sed ubi in Africam uenit, exercitus ei traditur a Spurio Albino proconſule, iners, imbellis, neq; periculi, neq; laboris patiens, lingua quam manu promptior, prædator ex ſociis

et ipse præda hostiũ sine imperio & modestia habitus. Ita imperatori nouo plus ex malis moribus solitidinis, quã ex copia militum auxilii, aut bonæ spei accedebat. Statuit tamẽ Metellus, quanq̃ & æstiuorũ tempus comitiorũ mora imminuerat, & expectatiõe euentus ciuiũ animos intentos putabat, non prius bellũ attingere, quã maiorũ disciplina milites laborare coegisset. Nam Albinus Auli fratris, exercitusq; clade perculsus, postq̃ decreuerat non egredi prouincia, quantũ tẽporis æstiuorũ in impio fuit plerũq; milites in statutis castris habebat, nisi cũ odor, aut pabuli egestas locũ mutare subegerat. Sed neq; more militari uigiliæ deducebãtur, uti cuiq; libebat ab signis aberat. Lixæ permixti cum militibus, die, noctuq; uagabantur, & palantes agros uastare, uillas expugnare, pecoris & mancipiorum prædas certantes agitare, ea mutare cũ mercatoribus uino aduectitio, & aliis talibus. Præterea frumentũ publice datũ uendere, panem in dies mercari, postremo quæcũq; dici, aut fingi queunt ignauiæ, luxuriæq; probra in illo exercitu cũcta fuere, & alia amplius. Sed in ea difficultate Metellũ non minusquã in rebus hostilibus magnũ & sapiẽtem uirũ fuisse comperio, tãta tẽperantia inter ambitionẽ, sæuitiãq; moderatũ. Nanq; edicto primo adiumenta ignauiæ sustulisse dicitur, ne quisq̃ in castris panem, aut quẽ aliũ coctum cibum uẽderet, ne lixæ exercitũ sequerẽtur, ne miles gregarius in castris, ne ue in agmine seruũ, aut iumentũ haberet, cæteris arte modũ statuisse. Præterea trãsuersis itineribus cotidie castra mouere, iuxta ac si hostes adessẽt, uallo atq; fossa munire. Vigilias crebras ponere, & eas ipse cũ legatis circuire. Item in agimne in primis modo, modo ĩ postremis,

sæpe in medio adesse, ne quispiã ordine egrederetur, ut cũ signis frequẽtes incederẽt, miles cibũ & arma portaret. Ita prohibẽdo a delictis magis, quã uindicando, exercitũ breui cõfrimauit. Interea Iugurtha ubi quæ Metellus agebat ex nuntiis accepit, simul de innocentia eius certior Romæ factus, diffidere suis rebus, ac tum demũ uerã deditionẽ facere conatus est. Igitur legatos ad consulẽ cũ suppliciis mittit, qui tantũmodo ipsi liberisq; uitam peterent, alia omnia dederẽt populo Ro. Sed Metello iam antea experimentis cognitũ erat, genus Numidarũ infidum, ingenio mobili nouarum rerũ auidũ esse. Itaq; legatos aliũ ab alio diuersos aggredit̃, ac paulatim tentando, postquã opportunos sibi cognouit, multa pollicendo psuadet, uti Iugurtham maxime uiuum, sin id parũ pcedat, necatũ sibi traderẽt. Cæterũ palã, quæ ex uolũtate forent, Regi nuntiare iubet. Deinde ipse paucis diebus, intento, atq; infesto exercitu in Numidiã procedit. Vbi contra belli faciẽ tuguria plena hominũ, pecora, cultoresq; in agris erãt, ex oppidis & mappalibus præfecti Regis obuiã Procedebãt, parati frumentũ dare, cõmeatũ portare, postremo oĩa, quæ imperarẽtur facere. Neq; Metellus minus ĩccirco, sed pariter ac si hostes adessent, munito agmine incedere, late explorare, oĩa illa deditiõis signa ostẽtui credere, & insidiis locũ tentare. Itaq; ipse cũ expeditis cohortibus, item funditorũ & sagittariorũ delecta manu apud primos erãt. In postremo. C. Marius legatus cum equitibus curabat. In utrunq; latus auxiliarios equites, tribunis legionũ, & præfectis cohortiũ dispertiuerat, ut cũ his pmixti uelites, quocũq; accederent equitatus hostiũ propulsarẽt. Nam in Iugurtha tãtus dolus, tantaq;

peritia locorũ & militiæ inerat, ut abſens an præſens, pacē an bellũ gerēs pernicioſior eſſet, in incerto haberetur. Erat haud longe ab eo itinere. quo Metellus pgebat, oppidum Numidarũ nomine Vacca, forum rerũ uenaliũ totius regni maxime celebratum, ubi & incolere, & mercari conſueue/rant Italici generis multi mortales. Huic conſul ſimul ten/tandi gratia, & ſi paterētur opportunitates loci, præſidiũ impoſuit. Præterea imperauit frumentũ, & alia, quæ bel/lo uſui forent, cõportare, ratus id, quod res monebat, fre/quentiam negociatorum, & commeatũ iuuaturũ exercitũ, etiã paratis rebus munimento foret. Inter hæc negocia Iu/gurtha ĩpenſius legatos ſupplices mittere, pacē orare præ ter ſuã liberorũq; uitam oĩa Metello dedere. Quos itē cõ/ſul uti priores illectos ad proditiõem domum dimittebat, Regi pacem, quã poſtulabat neq; abnuere, neq; polliceri, & inter eas moras promiſſa legatorũ expectare. Iugurtha ubi Metelli dicta cũ factis cõpoſuit, ac ſuis ſe artibus tēta/ri animaduertit, qppe cui uerbis pax nuntiabat̃, cæterũ re bellũ aſperrimũ erat, urbes maxĩa alienata, ager hoſtibus cognitus, animi popolariũ tētati, coactus rerũ neceſſitudi/ne, ſtatuit armis certare. Igitur explorato hoſtiũ itinere, in ſpem uictoriæ adductus, ex opportunitate loci, q̃maximas poteſt copias omniũ generũ parat, ac p tramites occultos exercitũ Metelli anteuenit. Erat in ea parte Numidiæ, quã Adherbal in diuiſione poſſederat, flumē a meridie oriēs no mine Muthul, a quo mõs aberat ferme millia paſſuum xx tractu pari, uaſtus ab natura, & humano cultu, ſed ex eo medio quaſi collis oriebatur in immenſũ ptingens, ueſtitus oleaſtro, ac myrtetis, aliiſq; generibus arborũ, quæ humo

arida

arida atq; harenosa gignũtur. Media aũt planicies, deserta penuria aquæ, præter flumini propinqua loca. ea consita arbustis, pecore atq; cultoribus frequentabantur. Igitur in eo colle, quẽ transuerso itinere porrectũ docuimus, Iugurtha extenuata suorum acie cõsedit. Elephãtis, & Parti copiarũ pedestriũ Bomilcarẽ præfecit, eũq; edocet, quæ ageret. Ipse propior monti, cũ omni equitatu, & peditibus delectis suos collocat. Dein singulas turmas, & manipulos circuiens monet, atq; obtestatur, uti memoris pristinæ uirtutis, & uictoriæ, sese, regnũq; suũ ab Romanorũ auaritia defendant. Cũ iis certamẽ fore, quos antea uictos sub iugũ miserint. Ducem illis, nõ animũ mutatũ, quæ ab imperatore decuerint, oĩa suis prouisa, locũ superiorẽ, ut prudentes cũ imperitis, ne pauciores cũ pluribus, aut rudes cũ bello melioribus manũ cõsererent. Proĩde parati, intẽtiq; essent signo dato, Romanos inuadere, illũ diem, aut oẽs labores & uictorias confirmaturũ, aut maximarũ erumnarum initium fore. Ad hoc uiritim uti quẽq; ob militare facinus pecunia, aut honore extulerat, cõmonefacere beneficii sui, & eum ipsum aliis ostentare. Postremo pro cuiusq; ĩgenio pollicendo, inuitando, obtestando, alium alio modo excitare, cũ interim Metellus ignarus hostiũ, monte digrediẽs, cum exercitu conspicit. Primo dubius, qd nã insolita facies ostẽderet. Nam inter uirgulta equi, Numidæq; cõsederãt, neq; plane occultati humilitate arborũ, & tamen quid nã esset, incerti, cum natura loci, tum dolo ipsi, atq; signa militaria obscurati. Deinde breui cognitis insidiis, paulisper agmen cõstituit. Ibi cc mmutatis ordinibus in dextro latere, quod proxmiũ hostibus erat, triplicibus subsidiis aciẽ instruxit.

Inter manipulos funditores & sagittarios dispertit, equitatum omnẽ in cornibus locat. Ac pauca pro tẽpore milites cohortatus, aciem sicuti instruxerat, trãsuersis principiis in planũ deducit. Sed ubi Numidas quietos neq; colle digredi animaduertit, ueritus ex anni tẽpore, & inopia aquæ ne siti conficeretur exercitus, Rutilium legatum cũ expeditis cohortibus, & parte equitũ præmisit ad flumen, uti locum castris antecaperet. existimans hostes crebro impetu, & trãsuersis præliis iter suum remoraturos, & quoniã armis diffiderent, lassitudinẽ & sitim militum tentaturos. Deinde ipse pro re, atq; loco sicuti mõte descenderat, paulatim ꝓcedere, Mariũ post principia habere, ipse cum sinistræ alæ equitibus esse, qui in agmine principes facti erãt. At Iugurtha ubi extremum agmẽ Metelli primos suos prætergressum uidet, præsidio quasi duũ milliũ peditũ montem occupat, qua Metellus descẽderat, ne forte cedentibus aduersariis receptui, ac post munimẽto forẽt. Deinde repẽte signo dato hostes inuadit. Numidæ alii postremos cædere, pars a sinistra ac dextra tentare, infensi adesse, instare, atq; omĩbus locis Romanorũ ordines cõturbare. Quorum etiã qui firmioribus ãĩs obuii hostibus fuerãt ludificati in incerto prælio ipsi modo eminus sauciabanť, neq; contra feriendi, aut conserendi manũ copia erat. Ante iam docti ab Iugurtha equites, ubi Romanoꝝ turma insequi cœperat, non cõfertim, in unũ sese recipiebãt, sed alius alio quãmaxime diuersi. Ita numero priores si a persequendo hostes deterrere nequiuerãt, disiectos ab tergo, aut lateribus circũueniebãt, sin opportunior fugæ collis, quã campi fuerat, ea uero con sueti Numidarũ equi facile inter uirgulta euadere, nostros

asperitas

aſperitas, & inſolētia loci retinebat. Cæterum facies totius negocii uaria incerta, fœda, atq; miſerabilis. Diſperſi a ſuis pars cedere, alii inſequi, neq; ſigna, neq; ordines obſeruare, ubi quēq; periculū cœperat, ibi reſiſtere, ac propulſare, arma, tela, equi, uiri, hoſtes, atq; ciues permixti, nihil conſilio, neq; imperio agi. fors omnia regere. Itaq; multum diei proceſſerat, cum etiā tum euentus in incerto erat. Deniq; omnibus modis labore & æſtu languidis, Metellus ubi uidet Numidas inſtare minus, paulatim milites in unū conducit, ordines reſtituit, & cohortes legionarias quatuor aduerſus pedites hoſtium collocat. Eorum magna pars ſuperioribus locis feſſa conſederat, ſimul orare, & hortari milites, ne deficerent, neu paterent hoſtes fugientes uincere, neq; illis caſtra eſſe, neq; munimentū ullū, quo cedētes tenderent, in armis omnia ſita. Sed nec Iugurtha quidē interea quietus erat, circuire, hortari, renouare prœliū, & ipſe cum delectis tentare omnia, ſubuenire ſuis, hoſtibus dubiis inſtare, quos firmos cognouerat eminus pugnando retinere. Eo modo inter ſe duo imperatores ſummi uiri certabant. Ipſi pares, cæterū opibus diſparibus. Nam Metello uirtus militum erat, locus aduerſus. Iugurthæ alia oīa, præter milites opportuna. Deniq; Romani, ubi intelligunt, neq; ſibi profugium eſſe, neq; ab hoſte copiam pugnandi fieri, & iam diei ueſp aderat, aduerſo colle ſicuti præceptū fuerat euadunt. Amiſſo loco Numidæ fuſi, fugatiq; pauci īteriere pleroſq; uelocitas, & regio hoſtibus ignara tutata ſunt. Interea Bomilcar, quē Elepantis & copiarum parti pedeſtriū præfectum ab Iugurtha ſupra diximus, ubi eū Rutilius prætergreſſus eſt, paulatim ſuos in æquum locū deducit. Ac dum

legatus ad flumē quo præmissus erat festinās pergit, quietus uti res postulabat, aciē exornat, neq; remittit, qd ubiq; hostis ageret explorare. Postq̄ Rutilium consedisse iam, & animo uacuū accepit, simulq; ex Iugurthæ prælio clamorem augeri, ueritus ne legatus cognita re laborātibus suis auxilio foret, aciem, quā diffidens uirtuti militū arcte statuerat, quo hostiū itineri officeret, latius porrigit, eoq; modo ad Rutilii castra procedit. Romani ex improuiso pulueris uim magnā animaduertūt. Nam prospectū ager arbustis consitus ꝓhibebat, & primo rati humū aridā uento agitari. post ubi æquabilē manere, & sicuti acies mouebat̄ magis, magisq; appropinq̄re uidēt, cognita re properātes arma capiūt, ac pro castris, sicuti imperabatur, consistunt. Deinde, ubi propius uentum est, utrinq; magno clamore cōcurritur. Numidæ tantūmodo remorati, dū in Elephantis auxiliū putāt. Postquā eos impeditos ramis arborum, atq; ita disiectos cricūueniri uident, fugā faciunt, ac pleriq; abiectis armis, collis aut noctis, quæ iam aderat auxilio integri abeunt. Elephanti quatuor capti, reliqui omnes. xl. numero interfecti. At Romani. quāquā itinere, atq; opere castrorū & prælio fessi, lætiq; erant, tamē, quod Metellus amplius opinione morabat̄ instructi, intentiq; obuiā procedunt. Nam dolus Numidarū nihil languidi, neq; remissi patiebat̄. Ac primo obscura nocte, postquā haud procul inter se erāt, strepitu uelut hostes aduentare, alteri apud alteros formidinē simul, & tumultū facere, & pene imprudentia esset admissum facinus miserabile, ni utrinq; præmissi equites rem explorauissent. Igitur pro metu repente gaudiū exortū est. Milites alius alium læti appellant, acta

edocēt,atq; audiunt,sua quisq; fortia facta ad cœlū effert. Quippe res humanæ ita sese habent,in VICTORIA uel ignauis gloriari licet,aduersæ res etiā bonos detrectāt. Metellus in iisdem castris quatriduo moratus,saucios cū cura reficit, meritos in præliis more militiæ donat, uniuersos in contione laudat,atq; agit gratias,hortatur ad cætera,quæ leuia sunt, parē animū gerant, pro uictoria satis pugnatū, reliquos labores ꝓ præda fore. Tamē interim trāsfugas,et alios opportunos, Iugurtha ubi gentiū, aut quid agitaret, cū paucis ne esset,an exercitū haberet,ut sese uictus gereret,exploratū misit. At ille sese in loca saltuosa, & natura munita receperat, ibiq; cogebat exercitum NVMERO hominū ampliorē,sed hebetē,infirmumq;, agri,ac pecoris magis,quā belli cultorē. Id ea gratia eueniebat,quod præter regios equites nemo omniū Numidarū ex fuga Regē sequit̄, quo cuiusq; animus fert, eo discedūt. Neq; id flagitiū militiæ ducit̄,ita se mores habēt. Igit̄ Metellus,ubi uidet animū Regis etiā tū ferocē esse, bellū renouari,qđ nisi ex illius libidine geri nō possit, præterea inimicū certamen sibi cū hostibus minore detrimēto illos uinci,quā suos uincere,statuit nō præliis,neq; ī acie,sed alio more bellū gerūdū. Itaq; in loca Numidiæ opolentissima ꝑgit,agros uastat multa castella & oppida temere munita, aut sine præsidio capit,incēditq;,puberes īterficit, iubet alia oīa militū esse prædā. Ea formidine multi mortales Romanis dediti obsides frumentum & alia, quæ usui forent,affatim præbita, ubicūq; res postulabat, præsidiū impositū. Quæ negocia multo magis,quā præliū male pugnatum ab suis Regem terrebant. Quippe cuius spes omnis in fuga sita erat,

sequi cogebatur, & qui sua loca defendere nequerat, in alie nis bellũ gerere. Tamẽ ex inopia, quod optimũ uidebatur consiliũ capit, exercitũ plerũq; in iisdem locis opperiri iu- bet. Ipse cum delectis equitibus Metellũ sequit nocturnis & auiis itineribus ignoratus, Romanos palantes repente aggredit. Eorũ pleriq; inermes cadũt, multi capiũtur. ne- mo omniũ intactus profugit, & Numidæ priusquam ex ca stris subueniretur, sicuti iussi erant, in proximos colles disce dunt. Interim Romæ gaudium ingens ortũ cognitis rebus Metelli, ut sese & exercitũ more maiorũ gereret, ut in ad- uerso loco uictor tantũ uirtute fuisset, hostiũ agro potiret Iugurthã magnificũ ex Auli socordia, spem salutis in soli- tudine, aut fuga coegisset habere. Itaq; Senatus ob ea feli citer acta dis immortalibus supplicia decernere. Ciuitas trepida antea, solicita de belli euentu, læta agere. de Metel lo fama præclara esse. Igitur eo intentior ad uictoriã niti, omnibus modis festinare, cauere tamẽ necubi hosti oppor- tunus fieret, meminisse post gloriam INVIDIAM sequi, ita quo clarior, eo magis anxius erat. Neq; post insidias Iu gurthæ effuso exercitu prædari. Vbi frumẽto aut pabulo opus erat, cohortes cũ omni equitatu præsidiũ agitabant. Exercitus partẽ ipse, reliquos Marius ducebat. Sed igne magis, q̃ præclara ager uastabat. duobus locis haud lõge inter se castra faciebãt. Vbi ui opus erat, cũcti aderãt. Cæ- terũ quo fuga, atq; formido latius cresceret, diuersi agebãt Eo tẽpore Iugurtha p colles sequi, tẽpus aut locũ pugnæ quærere, qua uenturũ hostẽ audierat, pabulũ, & aquarum fontes, quorũ penuria erat, corrũpere. modo se Metello, interdum Mario ostẽdere postremos in agmine tentare, ac

statim i colles regredi. Rursus aliis, post aliis minitari, neq; prælium facere, neq; otium pati, tantummodo hostem ab incepto retinere. Romanus imperator ubi se dolis fagitari uidet, neq; ab hoste copiã pugnãdi fieri, urbẽ magnã, & in ea parte, qua sita erat, arcem regni noie Zamã, statuit op pugnare, ratus id, quod negociũ poscebat, Iugurthã labo-rãtibus suis auxilio uenturũ, ibiq; præliũ fore. At ille, quæ parabãtur a pfugis, edoctus magnis itineribus Metellum anteuenit, oppidanos hortat᷑, ut mœnia defendant additis auxilio pfugis qđ genus ex copiis Regis, quod fallere ne-quibat firmissimũ erat. Præterea pollicet᷑ in tẽpore semet cũ exercitu adfore. Ita compositis rebus in loca, q̃maxime occulta discedit, ac paulopost cognoscit Mariũ ex itinere frumentatũ cũ paucis cohortibus Siccã missum, quod op pidũ primũ omniũ post malam pugnã ab Rege defecerat. Eo cũ delectis equitibus noctu pergit, & iam egrediẽtibus Romanis in porta pugnã facit, simul magna uoce Siccen-ses hortat᷑ uti cohortes ab tergo circũueniant, fortunã illis præclari facinoris casum dare, si id fecerint, postea sese in regno, illos in libertate sine metu ætatẽ acturos. At ni Ma-rius signa inferre, atq; euadere oppido ꝑperauisset, ꝑfecto cũcti, aut magna pars Siccensiũ fidem mutauissẽt tãta mo bilitate sese Numidæ gerũt. Sed milites Iugurthini paulis-per a Rege sustẽtati, postq̃ maiore ui hostes urgẽt, paucis amissis ꝑfugi discedunt. Marius ad Zamã ꝑuenit. Id op-pidum in cãpo sitũ, magis opere, quã natura munitũ erat, nullius idoneæ rei egens, armis, uirisq; opulentẽ. Igitur Me-tellus ꝓ tẽpore atq; loco paratis rebus, cũcta mœnia cum exercitu circũuenit. Legatis iperat, ubi q̃sq; curaret, deinde

ſigno dato undiq; ſimul clamor ingens exoritur, neq; ea rēs Numidas terret, infenſi, intētiq; ſine tumultu manet, prælium incipitur, Romani pro ingenio quiſq;, pars eminus GLANDE, aut lapidibus pugnare, alii ſuccedere, ac mō murū ſuffodere, modo ſcalis aggredi, cupere prælīu in manibus facere. Cōtra eū oppidani in proximos ſaxa uoluere, ſudes, pila, præterea picē, ſulphure, & tæda mixtā ardenti mittere. Sed ne illos quidē, q̄ procul māſerant timor animi ſatis muniuerat. Nam pleroſq; iacula tormētis, aut manu emiſſa uulnerabant, pariq; periculo, ſed fama impari boni, atq; ignaui erant. Dum apd̄ Zamā ſic certat̄, Iugurtha ex improuiſo caſtra hoſtiū cū magna manu inuadit. remiſſis q in præſidio erāt, & oīa magis, quā prælīu expectantibus portā irrupit. At noſtri repētino metu perculſi ſibi quiſq; pro moribus cōſulunt, alii fugere, alii arma capere, magna pars uulnerati, aut occiſi ſunt. Cæterū ex omni multitudine nō amplius. xl. memores nominis Romani, grege facto locū cœpere paulo, quā alii editiorem, neq; inde maxima ui depelli quiuerunt, ſed tela eminus miſſa remittere. pauci in pluribus minus fruſtrari, ſin Numidæ ꝓpius acceſſiſſent, ibi uero uirtutē oſtendere, & eos maxima ui cædere, fundere, atq; fugare. Interim Metellus cū acerrime rem gereret, clamorē & tumultū hoſtilē a tergo accepit. Deinde cōuerſo equo animaduertit fugā ad ſe uerſum fieri, quæ res indicabat populares eſſe. Igitur equitatū oēm ad caſtra ꝓpere miſit, ac ſtatim. C. Marium cū cohortibus ſociorū, eūq; lacrymans per amicitiā, perq; Remp. obſecrat, nequā contumeliam remanere in exercitu uictore, neue hoſtes multos abire ſinat. Ille breui mādata efficit. At Iugurtha munimē-

to castroꝝ impeditus, cũ aliis sup uallũ præcipitarent, alii in angustiis ipsi sibi properãtes officerent, multis amissis in loca munita sese recepit. Metellus infecto negocio, postq̃ nox aderat in castra cũ exercitu reuertit. Igitur postero die priusquã ad oppugnandũ egrederet, equitatũ omnẽ in ea parte, qua Regis aduentus erat pro castris agitare iubet, portas & proxima loca tribunis dispertit. Dein ipse pergit ad oppidũ, atq; uti superiore die murũ aggredit. Interim Iugurtha ex occulto repente nostros inuadit, qui ni ꝓximo locati fuerãt, paulisp territi pturbantur, Reliqui cito subueniunt. Neq; diutius Numidæ resistere quiuissent, in pedites cũ equitibus permixti, magnam cladẽ in cõgressu facerent, quibus illi freti, non uti equestri prælio solet, sequi, deinde cedere, sed aduersis equis concurrere, implicare, ac perturbare aciẽ. Ita expeditis peditib9 suis, hostes pene uictos dare. Eodẽ tempore apud Zamã magna ui certabat. Vbi quisq; legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti, neq; alius in alio magis, quã in sese spem habere, pariterq; oppidani agere, oppugnare, aut parare omibus locis, auidius alteri alteros sauciare, quã semet tegere. Clamor pmixtus hortatiõe, læticia, gemitu. Itẽ strepitus armoꝝ ad cælũ ferri, tela utrinq; uolare. Sed illi, q mœnia defensabãt, ubi hostes paululũ modo pugnã remiserant, intenti præliũ equestre ꝓspectabant. Eos, uti quæq; Iugurthæ res erant, lætos modo, modo pauidus aĩmaduerteres, ac sicuti a suis audiri, aut cerni possent monere alii, alii hortari, aut manu significare, aut niti corporibus, huc, & illuc quasi uitabundi, aut iacientes tela agitare. Quod ubi Mario cognitũ est, nam is in ea parte curabat, consulto lenius ageri, ac diffidentiam

rei simulare, pati Numidas sine tumultũ, Regis prælium
uisere. Ita illis studio suorũ astrictis repẽte magna ui murũ
aggreditur, & iam scalis aggressis milites prope sũma cœ-
perant, Cum oppidani concurrunt, lapides, ignẽ prætere a
alia tela ingerunt. Nostri primo resistere, deinde ubi unæ,
atq; alteræ scalæ cõminutæ sunt, qui sup steterant afflicti
sunt cæteri quoquomõ potuere, pauci integri, magna pars
cõfecti uulneribus abeunt. Deniq; utrinq; præliũ nox dire-
mit. Metellus postq̃ uidet frustra inceptũ, neq; oppidum
capi, neq; Iugurtham niti nisi ex insidiis, aut de suo loco pu-
gnam facere, & iam æstatẽ exactã esse, ab Zama discedit,
& in his urbibus, quæ a Rege defecerãt, satisq; munitæ lo-
co, aut mœnibus erant, præsidia imponit. Cæterũ exercitũ
in ꝓuincia, quæ ꝓxima est Numidiæ, hyemãdi gratia col-
locat. Neq; id tẽpus, ex aliorũ more quieti, aut luxuriæ cõ-
cedit. Sed quoniã armis bellũ parum procedebat, insidias
Regi per amicos tendere, & eorum perfidia pro armis uti
parat. Igitur Bomilcarẽ, qui Romæ cum Iugurtha fuerat,
& inde uadibus datis de Massiuæ nece clam iudiciũ fuge-
rat, quod ei per maximã amicitiã, maxima copia fallendi
erat, multis pollicitationibus aggreditur, ac primo efficit,
uti ad se colloquendi gratia occultus ueniat. Deinde fide da
ta si Iugurtham uiuũ, aut necatum sibi tradidisset, fore, uti
illi Senatus impunitatem, & sua omnia concederet, facile
Numidæ persuadet, cum ingenio infido, tum metuenti ne.
si pax cum Romanis fieeret, ipse per cõditiones ad suppli
cium traderetur. Is ubi primũ opportunũ fuit, Iugurtham
anxium, ac miserantẽ fortunas suas accedit, monet, atq; la
chrymans obtestatur, uti aliquando sibi, liberisq;, & genti

Numidarũ optime meritæ prouideat. Omĩbis præliis sese uictos, agrũ uastatũ, multos morrales captos, occisos, re/gni opes cõminutas esse, satis sæpe iam & uirtutẽ militum, & fortunã tentatam, caueat ne illo cũctante Numidæ sibi cõsulant. His atq; talibus aliis ad deditionem animũ Regis impellit. Mittũtur ad imperatorẽ legati, qui Iugurthã im/perata facturũ dicerent, ac sine ulla pactione sese, regnũq; in illius fidem tradere, Metellus propere cũctos Senatorii ordinis ex hybernis accersiri iubet. Eorum, & aliorũ, quos idoneos ducebat, consiliũ habet. Ita more maiorũ ex con/silii decreto, per legatos Iugurthæ imperat, argenti pondo ducenta millia, Elephãtos oẽs, equorũ & armorũ aliq̃tu/lum, Quæ postquã sine mora facta sunt, iubet oẽs perfu/gas uinctos adduci. Eorũ magna pars uti iussum erat addu/cti, pauci cum primũ deditio cœpit, ad Regem Bocchũ in Mauritaniã abierant. Igitur Iugurtha ubi armis, uirisq;, & pecunia spoliatus est, dum ipse ad imperandũ Tisidiũ uo/caretur, rursus cœpit flectere animũ suum, & ex MALA CONSCIENTIA digna timere. Deniq; multis diebus per dubitationẽ consumptis, cũ modo tedio rerũ aduersa/rũ omnia bello potiora duceret, interdũ ipse secũ reputa/ret, quã grauis casus in seruitiũ ex regno foret, multis, ma/gnisq; præsidiis nequicq̃ perditis, de integro resumit bellũ & Romæ Senatus de prouinciis consultus, Numidiã Me/tello decreuerat. Per idem tpus Vticæ forte. C. Mario per hostias Diis supplicanti, magna, atq; mirabilia portendi aruspex dixerat. ꝑinde quæ animo agitabat, fretus Diis ageret, fortunã, quã sæpissime experiretur, cuncta ꝓspere euentura. At illum iã antea consulatus ingens cupido exa/

gitabat, ad quē capiendū præter uetustatē familiæ, omnia abūde erāt. Industria, probitas, militiæ magna scientia, animus belli ingens, DOMI modicus, libidinis & diuitiarum uictor, tantūmodo GLORIAE auidus. Sed his natus, & per omnem pueritiā Arpini alitus, ubi primū ætas militiæ patiēs fuit, stipēdiis faciūdis, non GRAECA facūdia, neq; urbanis mūdiciis sese exercuit, ita inter bonas artes integrū ingeniū breui adoleuit. Ergo ubi primū tribunatū militarē a populo petit, plerisq; faciē eius ignorātibus, facile notus per oēs tribus declarat. Deinde ab eo magistratu aliū post aliū sibi peperit, semperq; in potestatibus eo modo agitabat, ut ampliore, quā gerebat, dignus haberetur. Tamē is ad id locoꝝ talis uir (Nam postea ambitionē præceps datus est) consulatū appetere non audebat. Etiam tum alios magistratus plebs, consulatū nobilitas, inter se per manus tradebat. Nouus nemo tam clarus, neq; tam egregius factis erat, quin is indignus illo honore, & quasi pollutus haberetur. Igitur ubi Marius aruspicis dicta eodē intendere uidet, quo cupido animi hortabatur, ab Metello petendi gratia remissionem rogat, Cui quanquā uirtus, gloria, atq; aliia obtāda bonis superabant, tamē inerat cōtemptor animus, & SVPERBIA, commune nobilitatis malum. Itaq; primum cōmotus insolita re, mirari eius cōsilium, & quasi ꝑ amicitiā mouere, ne tam praua incipet, neu sup fortunā animū gereret. non omnia omibus cupiēda esse, debere illi res suas satis placere. postremo caueret id petere a populo Romano, quod illi iure negaretur. Postq̄ hæc atq; alia talia dixit, neq; animus Marii flectitur, respondit ubi potuisset primū per negocia pub. facturū sese quæ peteret. Ac

postea sæpius eadem postulanti fertur dixisse, ne festinaret abire, satis maturæ illum cum filio suo consulatũ petiturũ (Is eo tẽpore in Contubernio patris ibidẽ militabat, annos natus circiter. xx.) Quæ res Marium pro honore, quẽ affe ctabat cotra Metellũ uehemẽter accenderat. Ita cupidine, atq; ira, pessimis cõsultoribus, crassari, neq; facto ullo, neq; dicto abstinere, quod modo ambitiosum foret, Milites q/bus in hybernis præerat, laxiore imperio, quam antea ha/bere. Apud negociatores quorum magna multitudo Vti/cæ erat, criminose simul, & magnifice de bello loqui, dimi/dia pars exercitus sibi permitteretur, paucis diebus Iugur/tham in cathenis habiturũ. ab Imperatore cõsulto bellum trahi, quod homo inanis, & regiæ superbiæ Imperio nimis gauderet. Quæ omnia illis eo firmiora uidebãtur, quia di/uturnitate belli res familiares corruperãt, & animo cupien ti nihil satis festinatur. Erat præterea ĩ exercitu nostro Nu/mida quidam nomine Gauda Manastabilis filius, Masinis sæ nepos, quem Micipsa testamento secundum hæredem scripserat, morbis cõfectus, & ob eam causam mente pau/lulum immutata. Cui Metellus petẽti more regum, ut sel/lam iuxta poneret, item postea custodiæ caussa turmam equitũ Romanorũ, utrunq; negauerat, honorẽ atq; eorum modo foret, quos populus Ro. Reges appellauisset, præ/sidiũ, quod contumeliosum in eos foret, si equites Romani satellites Numidæ traderent. Hunc Marius Anxiũ aggre ditur, atq; hortatur, ut contumeliarũ in Imperatorẽ cũ suo auxilio pœnas petat, hominẽ ob morbos anĩo parũ ualido secũda oratiõe extollit, illum Regem, ingentem uirũ, Masi nissæ nepotem esse, si Iugurtha captus aut occisus foret,

Imperium Numidiæ sine mora habiturũ. Id adeo mature posse euenire, si ipse cõsul ad id bellũ missus foret. Itaq; & illum equites Romanos, milites, & negociatores, alios ipse plerosq; spes pacis impellit, uti Romam ad suos necessari/os aspere in Metellum de bello scribant, Marium Impato/rem poscant. Sic a multis illi mortalibus honestissima suf/fragatiõe cõsulatus petebatur, simul ea tempestate plebs nobilitate fusa, per legem Mamiliã nouos extollebat. Ita Mario cũcta procedere. Interim Iugurtha postquã omissa deditiõe bellum incipit, cũ magna cura parare omnia, festi/nare, cogere exercitũ, ciuitates, quæ ab se defecerãt, formi dine aut ostentando premia affectare, cõmunire suos locos arma, tela, aliaq;, quæ spe pacis amiserat, reficere, aut com mercari, seruitia Romanorum allicere, & eos ipsos, qui in præsidiis erãt, pecunia tentare, prorsus nihil intactum, neq; quietũ pati, cũcta agitare. Igitur Vacenses, quo Metellus inicio Iugurtha pacificãte præsidium imposuerat, fatigati Reges suppliciis, neq; antea uolũtate alienati, principes ci/uitatis inter se coniurant. Nam VVLGVS, uti plerũq; so/let, & maxime Numidarũ, ingenio mobili, seditiosum atq; discordiosum erat, cupidum nouarũ rerũ, quieti & ocio ad uersum. Deinde cõpositis inter se rebus, in diem tertiũ con/stituunt, quod is festus, celebratusq; per oẽm Africã, ludũ & lasciuiã magis, quã formidinẽ ostẽtabat. Sed ubi tẽpus fuit, centuriones, tribunosq; militares, & ipsum præfectum oppidi Titũ Turpiliũ Syllanũ, alius aliũ domos suas in/uitant, eos oẽs præter Turpiliũ inter epulas obtruncant. Postea milites palantes, inermes, quippe in tali die, & sine imperio aggrediũtur. Idem plebs facit, pars edocti a nobi/

litate, alii ſtudio talium rerũ incitati, quis acta, conſiliumq́ʒ ignorantibus, tumultus ipſe, & res nouæ ſatis placebant. Romani milites perculſi improuiſo metu, incerti, ignariq́ʒ quid potiſſimũ facerent, trepidare arcẽ oppidi, ubi ſigna & ſcuta erãt, præſidum hoſtium, & portæ ante clauſæ fugam prohibebãt. Ad hoc mulieres, puériq́ʒ ꝓ tectis ædificiorũ ſaxa & alia, quæ locus præbebat certatim mittere, Ita neq́ʒ caueri anceps malum, neq́ʒ a fortiſſimis infirmiſſimo generi reſiſti poſſe. Iuxta boni, maliq́ʒ, ſtrenui & imbelles multi obtruncari. In ea tanta aſperitate ſæuiſſimis Numidis, & oppido undiq́ʒ clauſo, Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis profugit intactus. Id miſericordia ne hoſpitis, an pactione, an caſu ita euenerit, parũ cõperimus. niſi quod illi in tanto malo turpis uita, Integra fama potior fuit, improbus, ĩteſtabiliſq́ʒ uidetur. Metellus ubi poſtq̃ de rebus Vaccæ actis cõperit, pauliſper mœſtus e conſpectu abiit. Deinde ubi ira, & ægritudo ꝑmixta ſunt, cũ maxima cura ultũ ire iniurias feſtinat. Legionẽ cũ qua hyemabat, & quã plurimos poteſt Nnmidas equites, pariter cũ occaſu ſolis expeditos educit. Et poſtera die circiter horã tertiã peruenit in quandã planiciẽ, locis paulo ſuperioribus circũuentam. Ibi milites feſſos itineris magnitudine, & iã abnuẽtes omnia, edocet oppidũ Vaccã non amplius mille paſſuum abeſſe, decere illos æquo animo pati reliquũ laborẽ, dum pro ciuibus ſuis uiris fortiſſimis, atq́ʒ miſerrimis pœnas caperẽt. præterea prædam benigne oſtẽtat. Sic animis eorũ arrectis, equites in primo latere, pedites q̃ arctiſſime pergere, & ſigna occultare iubet. Vaccẽſes ubi aĩaduertere ad ſe uorſum exercitũ pergere, primo, uti res erat, Metellum

esse rati, portas clausere, Deinde ubi neq; agros uastari, & eos, qui primi aderãt Numidas equites, uident, rursum Iugurthã arbitrati, cũ magno gaudio obuii procedunt. Equites, pedites q; repente signo dato, ali uulgũ effusum oppido cædere, alii ad portas festinare, pars turres capere, ira atq; spes prædæ amplius, quã lassitudo posse. Ita Vaccenses biduum modo ex pfidia læt..ti, Ciuitas magna atq; opulẽta pœne cũcta, aut prædæ fuit. Turpilius quẽ præfectũ oppidi unũ ex oĩbus pfugisse supra ostẽdimus, iussus a Metello caussam dicere, postquã sese parũ expurgat, cõdemnatus, uerberatusq;, pœnas capite soluit. Nam is ciuis ex Collatia erat. Per idem tẽpus Bomilcar, cuius impulsu Iugurtha deditionẽ, quã metu deseruit, incœperat, suspectus Regi, & ipse eum suspiciens, nouas res cupere, ad perniciẽ eius dolũ quærere, die, noctuq; fatigare animũ. Deniq; oĩa tentando, sociũ sibi adiungit Nabdalsam hominẽ nobilem magnis operibus clarum, acceptumq; popularibus suis q plerunq; exercitũ ductare seorsum ab Rege, & oẽs res exequi solitus erat, quæ Iugurthæ fesso, aut maioribus astricto superauerant, ex quo illi gloria, opesq; inuentæ. Igitur utriusq; cõsilio dies insidiis statuitur, cætera, uti res posceret, ex tẽpore parari placuit. Nabdassa ad exercitũ profectus est, quẽ inter hyberna Romanorũ iussus habebat, ne ager inultis hostibus uastaretur. Is postquã magnitudine facinoris perculsus, ad tẽpus non uenit, metusq; rem impediebat, Bomilcar simul cupidus incœpta patrãdi, & timore socii anxius, ne omisso uetere consilio nouum quæreret, litteras ad eũ per homines fideles mittit. In quis mollitiẽ, socordiãq; uiri accusare, testari deos per quos iurasset, monere ne

nere ne præmia Metelli in pestē converteret. Iugurthæ exitum adesse, Cæterum sua ne, an uirtute Metelli periret, id modo agitari. Proinde reputaret, aīo, suo præmia an cruciatū mallet. Sed cū hæ litteræ adlatæ sunt, forte Nabdalsa exercito corpe fessus, in lecto qescebat, ubi cognitis Bomilcaris uerbis, primo cura, deinde uti ægrū animū solet, somnus cœpit. Erat ei Numida quidā negociorū curator, fidus, acceptusq;, & oīm consiliorū nisi nouissimi particeps Qui postq̄ adlatas litteras audiuit, & ex cōsuetudine ratus opera, aut ingenio suo opus esse, in tabernaculū introiuit, Dormienti illo epistolā sup caput in puluino temere positam sumit ac plegit. Deinde ,ppere cognitis insidiis ad Regem pergit. Nabdalsa paulopost exprectus, ubi neq; epistolam repperit, & rem oēm uti acta erat ex pfugis cognouit, primo indicē persequi conatus, postquā id frustra fuit, Iugurthā placandi gratia accedit, dicit quæ ipse parauisset facere, pfidia cliētis sui præuenta, lachrymās obtestatur p amicitiā, perq; sua antea fideliter acta, ne super tali scelere suspectū sese haberet. Ad ea Rex aliter atq; aīo gerebat placide respondit. Bomilcare atq; aliis multis, quos socios insidiarū cognouerat, interfectis, irā oppresserat, nequa ex eo negocio seditio oriretur. Neq; post id locorū, Iugurthæ dies, aut nox ulla quieta fuit. neq; loco, neque mortali cuiquā aut tempore satis credere. Ciues, hostesq; iuxta metuere, circūspectare omnia, & omni strepitu pauescere, alio, atq; alio loco sæpe cōtra decus regiū noctu requiescere, interdum somno excitus arreptis armis tumultū facere, ita formidine quasi uecordia exagitari. Igitur Metellus, ubi de casu Bomilcaris, & inditio patefacto ex pfugis cognouit,

rursus tanquã ad integrum bellum cuncta parat, festinatq; Marium fatigantẽ de profectione, simul & initũ, & offensum sibi, parũ idoneũ ratus domũ dimittit. Et Romæ plebes litteris, quæ de Metello ac Mario missæ erant, cognitis, uolenti animo de ambobus acceperãt. Imperatori nobilitas, quæ antea decori fuerat, inuidiæ esse. At illi alteri generis humilitas fauorem addiderat. Cæterũ in utroq; magis studia partiũ, quã mala, aut bona sua moderant͏̃. Præterea seditiosi magistratus uulgus exagitare, Metellũ oĩbus cõtionibus capitis arcessere, Marii uirtutem in Maius celebrare. Deniq; plebs sic est accensa, uti opifices, agrestesq; omnes, quorũ res fidesq; in manibus sitæ erãt, relictis operibus frequẽtarent Mariũ, & sua necessaria post illius honorẽ ducerẽt. Ita perculsa nobilitate, post multas tẽpestates nouo homini cõsulatus mandat͏̃, & postea populus a Tribuno plebis Lucio Manlio Mantino rogatus, quem uellet cũ Iugurtha bellũ gerere, frequẽs Mariũ iussit. Sed senatus pauloante, Metello Numidiam decreuerat. Ea res frustra fuit, Eodẽ tẽpore Iugurtha amissis amicis, quorum plerosq; ipse necauerat, cæteri formidine pars ad Romanos, alii ad Regẽ Bocchũ perfugerant, cum neq; bellũ geri sine ministris posset, & nouorũ fidẽ, in tãta pfidia ueterum experiri periculosum duceret, uagus, incertusq; agitabat͏̃. neq; illi res ulla, neq; consiliũ, aut quisq̃ hominũ satis placebat. Itinera, præfectosq; in dies mutare, modo aduersum hostes, interdũ in solitudines pergere, sæpe in fuga, ac paulo post spem in armis habere, dubitare, uirtuti, an fidei populariũ minus crederet. ita quocũq; intẽderat, res aduersæ erãt. Sed inter eas moras repẽte sese Metellus cũ exercitu

ostendit

ostendit Numidæ ab Iugurtha pro tempore parati, instru-
ctiq;, deinde præliũ incipit. Qua in parte Rex pugnæ ad-
fuit, ibi aliq̃diu certatũ est. Cæteri oẽs eius milites primo
congressu pulsi, fugatiq;, Romani signorum, & armorum,
& aliquãto numero hostiũ potiti. Nam ferme Numidas in
oibus præliis magis pedes, quã arma tutati sunt, Ea fuga
Iugurtha impensius modo rebus suis diffidens, cũ perfugis
& parte equitatus insolitudines, dein Thalam peruenit. Id
oppidum magnum, atq; opulẽtum, ibiq; pleriq; thesauri,
filiorũq; eius multus pueritiæ cultus erat. Quæ postquã
Metello cõperta sunt, quanq̃ inter Thalam, flumẽq; pro-
ximũ in spacio milliũ qnquaginta, loca arida, atq; uasta es-
se cognouerat, tamẽ spe patrandi belli, si eius oppidi poti-
tus foret, omẽs asperitates superuadere, ac naturã loci etiã
uincere aggredit. Igitur omnia iumenta sarcinis leuari iu-
bet, nisi frumento dierum. x. Cæterum utres modo, & alia
aquæ idonea portari. Præterea conquirit ex agris quãplu-
rimũ porest domiti pecoris, eoq; imponit uasa cuiusq; mo-
di, sed pleraq; lignea collecta ex tuguriis Numidarum. Ad
hoc finitimis imperat, qui se post Regis fugam, Metello
dediderant, quamplurimũ quisq; aquæ portaret, diem, lo-
cumq;, ubi præsto forent, prædicit. Ipse ex flumine, quam
proximã oppido aquam esse supra diximus, iumenta one-
rat. Eo modo instructus ad Thalam proficiscitur. Deinde
ubi ad id loci uentum est, quo Numidis præceperat, & ca-
stra posita, munitaq; sunt, tanta repente cœlo missa uis
aquæ dicitur, ut ea modo exercitui satis, superque foret.
Præterea cõmeatus spe amplior, quia Numidæ, sicuti ple-
riq; in noua deditione, officia intenderant, Cæterum milites

Aue maria gratia plena Dominus tecum benedicta ...

religione pluuia magis usi, eaq; res multũ animis eorũ ad diderat. Nam rati sese Diis immortalibus curæ esse. Deinde postero die contra opinionẽ Iugurthæ ad Thalã perueniunt. Oppidani qui se locorum asperitate munitos crediderant, magna atq; insolita re perculsi, nihilo segnius bellum parare, idẽ nostri facere. Sed Rex nihil iam Metello infectũ credẽs, quippe q omnia arma, tela, equos, locos, tẽpora, deniq; naturam ipsam cæteris imperitantẽ, industria uicerat, cũ liberis, & magna parte pecuniæ ex oppido noctu profugit. Neq; postea in ullo loco amplius uno die, aut una nocte moratus, simulabat sese negotii gratia ꝓperare. Cæterũ proditionẽ timebat, quã uitare posse celeritate putabat. Nam talia cõsilia per otium ex opportunitate capi. At Metellus ubi Oppidanos prælio intentos, simul oppidum & operibus & loco munitũ uidet, uallo fossaq; mœnia circũuenit. Deinde locis ex copia maxime idoneis uineas agere, superq; aggerẽ iacere, impositis & super aggerem turribus opus & administros tutari. Cõtra hæc Oppidani festinare, parare, prorsus ab utrisq; nihil reliquum fieri. Deniq; Romani multo ante labore, præliisq; fatigari, post dies quadraginta, quã eo uentũ erat oppido modo potiti, præda oĩs a ꝑfugis corrupta. Hi postq̃ murũ arietibus feriri resq; suas aduersas uident, aurũ, argentũq;, & alia, quæ prima ducũtur, domũ regiã cõportant. Ibiq; uino & epulis onerati, illaq; & domũ, & semet igni corrũpunt, & quas uicti ab hostibus pœnas metuerãt, eas ipsi uolentes pependere. Sed pariter cũ capta Thala legati ex oppido Lepti ad Metellũ uenerant, orãtes uti præsidium, præfectũq; eo mitteret: Hamilcarẽ quendã hominẽ nobilem, factiosum,

nouis reb

uouis rebus studere, aduersum quē neq; imperia magistra/tuū, neq; leges ualeret, id ni festinarēt, in summo periculo suā salutē, & illorū socios fore. Nam Leptitani iam inde a principio belli Iugurthini ad Bestiam consulem, & postea Romā miserāt, amicitiā sociietatēq; rogatū. Deinde ubi ea impetrata, semper boni, fidesq; mansere, & cūcta a Bestia, Albino, Metelloq; imperata gnauiter fecerāt. Itaq; ab im/peratore facile quæ petebant adepti. missæ sunt eo cohor/tes Ligurū iiii. &. C. Annius præfectus. Id oppidū ab Sy/doniis conditum est, quos accepimus profugos ob discordi as ciuiles manibus in eos locos uenisse. Cæterum situm in/ter duas syrtes, qbus nomen ex re inditū. Nam duo sunt si/nus ꝓpe in extrema Africa, impares magnitudine, pari na tura, quorū ꝓxima terræ præalta sunt. Cætera, uti fors tu lit, alta, alia intēpestate uadosa. Nā ubi mare magnū esse, & sæuire cœpit uentis, limū, harenāq;, & saxa ingentia flu/ctus trahūt. Ita facies locorū cū uētis simul mutatᷣ. Syrtes ab tractu nominatæ. Eius ciuitatis lingua, modo conuersa cōnubio Numidarū, legū, cultusq; pleraq; Sydonica, quæ eo facilius retinebantᷣ, qđ procul ab Imperio Regis ætatē agebant. Inter illos et frequentē Numidiam, multi, uastiq; loci erant. Sed quoniā in has regiones per Leptitanorū ne/gocia uenimus, non indignū uidetur, egregiū, atq; memo/rabile facinus duorū Carthaginiensiū memorare. Eam rē nos locus admonuit. Qua tempestate Carthaginiēses ple/ræq; Africæ imperitabant, Cirenenses quoq; magni, atq; opulenti fuere. Ager in medio harenosus una specie. Neq; flumen, neq; mons erat, qui fines eorum discerneret, quæ res eos magno, diuturnoq; bello inter se habuit.

Postquã utrinq; legiões, item classes sæpe fusæ, fugatæq;, & alteri alteros aliquantulũ attriuerant, ueriti ne mox uictos, uictoresq; defessos, alius aggrederet̃, per ĩducias spõsionẽ faciunt, uti certo die legati domo proficiscerent̃, quo in loco inter se obuii fuissent, ibi cõmunis utriusq; populi finis haberetur. Igit̃ Carthagine duo fratres missi, quibus nomẽ Philænes erat, maturauere iter pergere. Cirenenses tardius iere. Id socordia ne, an casu acciderit, parũ cognoui Cæterũ solet in illis locis tẽpestas haud secus, atq; in mari retinere. Nam ubi per loca æqualia, & nuda gignentium, uẽtus coortus arenã humo excitauit, ea magna ui agitata, ora, oculosq; implere solet, ita prospectu impedito morari iter. Postquã Cirenenses aliquãto posteriores sese uident. & ob rem corruptam domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos, cõturbare rem. Deniq; omnia malle, quã uicti abire. Sed cum pœni aliam conditionem tantũmodo æquã peterent, Græci optionem Carthaginiensibus faciunt, ut uel illi, quo fines populo suo peterẽt, ibi uiui obruerent̃, uel eadem cõditione sese, quem in locum uellent processuros, Philæni conditione probata, seq; uitamq; suã Reip. cõdonauere. ita uiui obruti. Carthaniẽses in eo loco Philænis fratribus aras cõsecrauere, aliiq; illis domi honores constituti. Nunc ad rem redeo.

Iugurtha postquã amissa Thala nihil satis firmũ cõtra Metellum putat, per magnas solitudines cũ paucis profectus, puenit ad Getulos, genus hominũ ferum, incultũq;, & eo tẽpore ignarum nominis Romani. Eorum multitudinem in unum cogit, ac paulatim consuefacit ordines habere, signa sequi,

Imperiũ obſeruare, itẽ alia militaria facere. Præterea Re/
gis Bocchi proximos magnis muneribus, & maioribus pro
miſſis, ad ſtudiũ ſui pducit, quis adiutoribus Regẽ aggreſ/
ſus, impellit, uti aduerſum Romanos bellũ incipiat. Id ea
gratia facilius, ꝓcliuiuſq; fuit, qđ Bocchus initio Huiuſce
belli Legatos Romam miſerat, fœdus & amicitiã petitũ.
Quã rem opportunatiſſimã incœpto bello pauci impedi/
uerãt, cæci AVARITIA, quis oĩa honeſta, atq; inhoneſta
uendere mos erat. Etiã antea Iugurthæ filia Boccho nupſe
rat. Verũ ea neceſſitudo apud Numidas, Mauroſq; leuis
ducitur, quia ſinguli pro opibus, quiſq; q̃p lurimas uxores,
denas alii, alii plures habẽt, ſed Reges eo amplius. ita ani/
mus multitudine diſtrahit͛, nullã pro ſocia obtinet, pariter
oẽs uiles ſunt. Igitur in locũ ambobus placitum exercitus
conueniunt, ibi fide data & accepta, Iugurtha Bocchi ani/
mũ oratione accendit, Romanos iniuſtos, profunda aua/
ritia, cõmnues omniũ hoſtes eſſe, eandẽ illos cauſſam bel/
li habere cum Boccho, quam ſecum & cum aliis gentibus
libidine imperitandi, quis omnia regna aduerſa ſint, tũ ſeſe,
pauloante Carthaginiẽſes, itẽ Regẽ Perſen, poſt uti quiſq;
opulentiſſimus uidebat͛, ita Romanis hoſtẽ fore. His, atq;
aliis talibis dictis, ad Cirthã oppidum iter conſtituũt, quod
ibi Q. Metellus prædã, captiuoſq;, & impedimenta loca/
uerat. Ita Iugurtha ratus, aut capta urbe operæpreciũ fo/
re, aut ſi Dux Romanus auxilio ſuis ueniſſet, prælio ſeſe
certatruos. Nam callidus id modo feſtinabat Bocchi pacẽ
imminuere, ne mox agitando, aliud quã bellum mallet. Im
perator, poſtquã de Regũ ſocietate cognouit, non temere,
neq;. uti ſæpe iam uicto Iugurtha conſueuerat, oibus locis

pugnandi copiam facit. Cæterũ haud procul a Cirtha ca/ſtris munitis Reges opperitur. melius eſſe ratus cognitis Mauris, quoniã is nouus hoſtis acceſſerat, ex cõmodo pu/gnam facere. Interim Roma per litteras certior fit, prouin ciam Numidiã Mario datã. Nam cõſulem factũ antea ac/ceperat. Quibus rebus ſupra bonũ, atq; honeſtũ pculſus, neq; lachrymas tenere, neq; moderari linguã, uir egregius in aliis artibus, nimis molliter ægritudinẽ pati. Quam rem alii in ſuperbiam uertebãt, ali bonũ ingeniũ contumelia ac cenſum eſſe, multi quod iam parta uictoria ex manibus eriperetur. Nobis ſatis cognitũ eſt, illũ magis honore Ma/rii, quã iniuria ſua excruciatũ, neq; tam anxie laturũ fuiſſe, ſi adepta prouincia alii, quã Mario traderet. Igitur eo do/lore impeditus, & quia ſtulticiæ uidebatur ALIENAM rem ſuo periculo curare. Legatos ad Bocchum mittit po/ſtulatũ, ne ſine cauſſa hoſtis populo Romano fieret, habe/re tũ magnam copiam ſocietatis, amicitiæq; coniungẽdæ, quæ potior bello eſſet, & quanquã opibus ſuis confideret, tamen nõ debere incerta pro certis mutare. OMNE bellũ ſumi facile, cæterũ ægerrime deſinere, nõ in eiuſdẽ poteſta te initiũ eius & finem eſſe. INCIPERE cuius etiã ignauo licere, non deponi, niſi cum uictores uelint. Proinde ſibi, re/gnoq; ſuo conſuleret, neu florentes res ſuas cum Iugurthæ perditis miſceret. Ad ea Rex ſatis placide uerba facit, ſeſe pacẽ cupere, ſed Iugurthæ fortunarũ miſereri, ſi eadem illi copia fieret, omnia conuentura. Rurſus Imperator contra poſtulata Bocchi nuncios mittit. Ille probare partim, alia abnuere. Eo modo ſæpe ab utroq; miſſis, remiſſiſq; nuntiis tempus procedere, & ex Metelli uoluntate bellũ intactũ.

trahi. At Marius ut supra diximus, cupiẽtissima plebe con sul factus, postq̃ ei prouinciã Numidiã populus iussit, antea iã infestus nobilitati, tum uero multus atq; ferox istare Singulos modo, modo uniuersos lædere, dictitare sese con sulatum ex uictis illis spolia cœpisse, alia præterea magnifica pro se, & illis dolẽtia, Interim quæ bello opus erãt prima habere, postulare legiõibus supplementũ, auxilia a populis & regibus, sociisq; accersere. Præterea ex Latio fortissimũ quenq;, plerosq; militia, paucos fama cognitos accire, & ambiendo cogere homines emeritis stipendiis secũ pficisci. Neq; illi Senatus, quanquã aduersus erat, de ullo negotio abnuere audebat. Cæterũ supplementũ etiã lætus decreuerat, quia neq; plebe militiã uolente putabatur Màrius aut belli uisum, aut studia uulgi amissurus. Sed ea res frustra sperata, tãta libido cũ Mario eundi plerosq; inuaserat. Sese quisq; præda locupletẽ fore, uictorẽ domũ rediturũ, alia huiuscemodi animis trahebãt, & eos nõ paulũ oratione sua Marius arrexerat. Nam postq̃ omibus, quæ postulauerat, decretis, milites scribere uult, hortãdi caussa simul, & nobilitatẽ uti cõsueuerat exagitandi, concionem populi aduocauit. Dein de hoc modo disseruit.

ORATIO MARII.

SCio ego Quitites plerosq; non iisdem artibus Imperium a uobis petere, & postquam adepti sunt gerere, primo industrios, supplices modicos esse, deinde per ignauiam, & superbium ætatẽ agere. Sed mihi contra uidetur. Nam quo uniuersa Resp. pluris est, quam consulatus, aut prætura, eo maiore cura illam administrari, quam hæc peti debere. Neq; me

fallit, quantúm cum ueſtro maximo beneficio negocii su/ſtineam, Bellum parare, ſimul & ærario parcere, cogere ad militiã eos, quos nolis offendere, domi, foriſq; omnia cura/re, & ea agere inter inuidos, occurſantes factioſos, opinio/ne Quirites aſperius eſt. Ad hoc alii ſe deliquere, uetus no/bilitas, maiorũ fortia facta, cognatorũ & affiniũ opes, mul tæ clientelæ, omnia hæc præſidio adſunt. Mihi ſpes oẽs in memet ſitæ, quas neceſſe eſt VIRTVTE & innocẽtia tu/tari. Nã alia infirma ſũt, & illud intelligo Quirites, omniũ ora in me cõuerſa eſſe, æquos, bonoſq; fauere. qppe bene/ficia mea in Rẽp. ꝓcedũt: nobilitatẽ locũ inuadẽdi quære/re. Quo mihi acrius adnitendũ eſt, ut neq; uos capiamini, & illi fruſtra ſint. Ita ad hoc ætatis a pueritia fui, ut omnes labores, pericula conſueta habeã. Quæ ante ueſtra benefi cia gratuito faciebã, ea uti accepta mercede deſerã, non eſt conſiliũ Quirites ILLIS difficile eſt in poteſtatibus tẽpera re, qui ꝑ ambitionẽ ſeſe probos ſimulauere. Mihi qui oẽm ætatem in optimis artibus ægi, benefacere iam ex CON/SVETVDINE in naturã uertit. Bellũ me gerere cũ Iu/gurtha iuſſiſtis, quã rem nobilitas ægerrime tulit. Quæſo reputate cũ aĩs ueſtris, num id mutari melius ſit, Ecquẽ ex illo globo nobilitatis ad hoc, aut aliud tale negotiũ mitta/tis hoĩem ueteris proſapiæ, ac multarũ imaginũ, & nullius ſtipendii, ſcilicet & in tãta re ignarus oĩm trepidet, feſtinet, ſumat aliquẽ ex populo monitorẽ ſui offici. ITA plerunq; euenit, ut quẽ uos imperare iuſſiſtis, is ſibi imperatorẽ aliũ quærat. Atqui ego ſcio qui poſtq̃ conſules facti ſunt, acta maiorum, & Græcorum militaria præcepta legere cœpe/rint, præpoſteri homines. NAM gerere q̃ fieri tempore

posterius, re atq; usu prius est, cõparare nunc Quirites, me hominem nouũ cũ illorũ sup̃bia. Quæ illi audire, & legere solẽt, eorũ partẽ uidi, alia gessi, quæ illi litteris, ea ego didici militando. Nunc uos existimate, FACTA, an dicta pluris sint. Contẽnunt nouitatẽ meã, ego illorũ ignauiã, mihi fortuna, illis probra obbiectant. quanq̃ ego NATVRAM unã, & cõmunem omniũ existimo, sed fortissimum quenq; generosissimum. At si iam ex partibus Albini, aut Bestiæ quæri posset me ne an illos ex se gigni maluerint, quid responsuros creditis? nisi sese liberos, quã optimos uoluisse? quod si iure me despiciunt faciunt idẽ maioribus suis q̃bus, uti mihi, ex uirtute nobilitas cœpit. Inuident honori meo, ergo inuideãt labori & innocẽtiæ, periculis etiã meis, quoniã per hæc illũ cœpi. Verũ hoĩes corrupti sup̃bia, ita ætatem agũt, quasi uestros honores contẽnant. ita hos petũt, quasi honeste uixerint. NAE ILLI falsi sunt, qui diuersissimas res pariter expetant, uoluptatẽ, & præmia uirtutis. atq; etiã cũ apud uos, aut in Senatu uerba faciunt, pleraq; oratiõe maiores suos extollũt, eorũ fortia facta memorãdo. clariores sese putãt, qđ cõtra est. Nam q̃to uita illorũ præclarior, tanto horũ socordia flagitiosior. Et p̃fecto ita se res habet, maiorũ GLORIA posteris quasi lumen est, neq; bona eorum, neq; mala in occulto patitur. Huiusce rei ego inopiã patior Quirites. Verũ id, quod multo præclarius est, mea facta mihi dicere licet. Nũc uidete, quã iniqui sint, quod ex aliena uirtute sibi arrogãt, id mihi ex mea non concedũt. Scilicet quia imagines non habeo, & quia mihi noua nobilitas est, quã certe PEPERISSE, quam acceptã corrupisse melius est. Equidẽ ego non ignoro, si iam mihi

respõdere uelint, abũde illis facundã & compositã oratio/nem fore. Sed in maximo uestro beneficio, cum omnibus locis me, uosq; maledictis lacerent, non placuit reticere, ne/quis modestiam inconscientiam duceret. Nam me quidem ex animi sententia lædere nulla oratio potest. quippe ue/ra necesse est prædicere, falsam uita, moresq; mei superãt. Sed quoniam uestra consilia accusantur, qui mihi sum/mum honorem, & maximum negocium imposuistis, etiam atq; etiã reputare, num eorũ pœnitendũ sit. Non possum fidei caussa imagines, neq; triũphos, aut cósulatus maiorũ meorum ostentare. At si res postulet, hastas, uexillũ, pha/leras, alia militaria dona, præterea cicatrices aduerso cor/pore. Hæ sunt meæ imagines, hæc mea nobilitas, nõ hære ditate relicta, ut illa illis, sed quæ ego plurimis meis labo/ribus & periculis quæsiui. Non sunt cõposita uerba mea. Parum id facio. IPSA se uirtus satis ostẽdit. Illis artificio opus est, ut turpia facta oratione tegãt. Neq; litteras græ cas didici, parum placebat eas discere, quippe quæ ad uir/tutẽ doctorib9 nihil ꝓfuerãt. At illa multo optima Reip. doctus sum, hostẽ ferire, præsidia agitare, nihil metuere, ni si turpẽ famã, hyemẽ & æstatẽ iuxta pati, humi requiesce/re, eodẽ tẽpore inopiã & laborẽ tolerare. His ego præce/ptis milites hortabor. Neq; illos arcte colã, me opulẽter. neq; gloriã meã labore illorũ faciã. Hoc est utile, hoc ciuile imperiũ. NANQVE cũ tu ꝑ mollitiẽ agas, exercitũ sup/plicio cogere, idest dominũ, non imperatorẽ esse. Hæc atq; alia maiores uestri faciẽdo, seq; & Rẽp. celebrauere. Quis nobilitas freta, ipsa dissimilis moribus, nos illorũ æmulos contẽnit, & oẽs honores non ex merito, sed quasi debitos a

uobis repetit. Cæterũ homines superbiſſimi procul errãt. Maiores eorũ oĩa, quæ licebat, illis reliquere, diuitias, ima/ gines memoriã sui præclarã, uirtutẽ nõ reliquere, neq; po/ terãt. EA SOLA neq; datur dono, neq; accipit. Sordidũ me, & incultis moribus aiũt, quia parũ scite conuiuiũ exor/ no, neq; histrionẽ ullũ, neq; pluris precii coquũ, quã uillicũ habeo, quæ mihi libet confiteri Quirites. Nam ex parente meo, & ex aliis sanctis uiris, ita accepi, MVNDITIAS mulieribus, VIRIS laborẽ conuenire, oĩbusq; bonis opor/ tere plus gloriæ, q̃ diuitiarum esse. arma, non suppellectilẽ decori esse. Quin ergo, quod iuuat, quod carũ æstimant, id semp faciãt, ament, potẽt, ubi adolescentiã habuere, ibi se/ nectutẽ agant in cõuiuiis, dediti uentri, & turpiſſimæ parti corporis. sudorem, puluerẽ, & alia talia relinquant nobis, quibus illa epulis iocũdiora sunt. Verũ nõ est ita. Nam ubi flagitiis sese decorauere turpiſſimi uiri, bonorũ præmia ere ptum eunt. Ita iniustiſſime luxuria & ignauia, peſſimæ ar/ tes, illis, qui coluere eas, nihil officiunt, Reip. innoxiæ cladi sunt. Nũc quoniã illis quantũ mores mei, nõ illorũ flagitia poscebant, respondendi, pauca de Repu. loquar. Primum omniũ bonũ habetote de Numidia animũ Quirites. Nam quæ ad hoc tẽpus Iugurthã tutata sunt, omnia remouistis auaritiã, imperitiã, atq; superbiã. Deinde exercitus ibi est locorũ sciens, sed me hercule magis strenuus, quam felix. Nam magna pars ei9 auaritia, aut temeritate ducũ attrita est. Quãobrem uos, quibus militaris est ætas, adnitimini mecũ, & capescite Remp. neq; quenquã ex calamitate ali/ orum, ac imparatorum superbia metus cœperit. Egomet in agmine, aut ui prælio consultor idem, & socius periculi

uobiscũ adero, me, uosq; in oĩbus rebus iuxtã gerã, & pro/fecto Dis iuuãtibus oĩa matura sunt, uictoria, præda, laus. Quæ si dubia, aut procul essẽt, tamẽ oẽs bonos Reip. sub ueuire decebat. Etenim nemo IGNAVIA immortalis fa/ctus est, neq; quisq̃ parẽs liberis, uti æterni forent, optauit, magis uti boni, honestiq; uitã exigerẽt. Plura dicerẽ Quiri/tes, si timidis uirtutẽ uerba adderẽt. Nam strenuis abunde dictũ puto. Huiuscemodi oratione habita, Marius postq̃ plebis animos arrecto uidet, propere commeatum, stipen/dio armis, aliisq; utilibus naues onerat. Cum his Aulum Manliũ legatũ ꝓficisci iubet. Ipse interea milites scribere. non more maiorum neq; ex classibus, sed uti cuiusq; libido erat, capite cẽsos plerosq;. Id factũ alii ĩopia bonorũ, alii ꝑ ambitionẽ cõsulis memorabãt, quod ab eo genere celebra tus, auctusq; erat, & homini potentiã quærẽti egẽtissimus quisq; opportunissimus, cui neq; sua cara, q̃ppe, quæ nulla sunt, & omnia quæ precio honesta uidẽtur. Igit̃ Marius cũ aliq̃to maiore numero, quã decretũ erat, in Africam profe ctus, paucis diebus Vticã aduehitur. Exercitus ei tradit̃ a P. Rutilio legato. Nã Metellus conspectũ Marii fugerat ne uideret ea, quæ audita animus tolerare nequiuerat. Sed consul expletis legionibus, cohortibusq; auxiliariis, in agrũ fertilẽ, & præda honustũ proficiscit̃. Oĩa capta ibi, militi/bus donat. Deinde castella & oppida natura & uiris parũ munita, aggreditur, prælia multa, cæterũ alia leuia aliis lo cis facere. Interim noui milites sine metu pugnæ adesse, ui/dere, fugientes, capi, aut occidi, fortissimũ quẽq; tutissimũ, ARMIS libertatem, patriã parentesq; & alia omnia tegi, gloriã atq; diuitias quæri. Sic breui spacio noui ueteresq;

coaluere & uirtus oĩm æqualis facta. Ad Regis ubi de ad/
uentu Marii cognouerũt, diuersi in locos difficiles abeũt. Ita
Iugurthæ placuerat sperãti, mox effusos hostes ĩuadi posse.
Romanos sicut plerosq; remoto metu laxius, licentiusq; fu/
turos. Metellus ĩterea Romã ꝓfectus, cõtra spem suã lætis
simis aĩs accipit̃. Plebi, patribusq;, postq̃ inuidia decesserat,
iuxta carus. Sed Marius impigre. prudẽterq; suoꝝ & hostiũ
res pariter attẽdere, cognoscere quid boni utrisq;, aut contra
e ẽt. Explorare itinera regũ cõsilia, & ĩsidias eoꝝ anteuenire.
Nihil apud se remissũ, neq; apud illos tutũ pati. Itaq; & Ge
tulos & Iugurthã, ex nostris sociis prædas agentes, sæpe ag
gressus in itinere fuderat, ipsumq; Regẽ haud ꝓcul ab oppi
do Cirtha armis exuerat, Quæ postq̃ gloriosa mõ, neq; belli
patrãdi copiã cognouit, statuit urbes quæ uiris aut loco, pro
hostibus, & aduersum se opportunissimæ erãt singulas circũ
uenire, Ita ratus Iugurthã aut præsidiis nudatũ iri, si ea pate
retur, aut prælio certaturũ. Nã Bocchus sæpe ad eũ miserat
nũtios, uelle populi Ro. amicitiã, neq; ab se hostile timeret.
Id simulauerit ne, quo ĩprouisos grauior accederet, an mobi/
litate ingenii pacẽ, atq; bellũ mutare solitus, parũ exploratũ
est. Sed consul uti statuerat, oppida, castellaq; munita adire,
ꝑtim ui, alia metu, aut præmia ostẽtando auertere ab hosti/
bus. Ac primo mediocria gerebat, existimãs Iugurthã ob su
os tutandos in manus uenturũ, Sed ubi illũ procul abesse, &
aliis negociis intentũ accepit, maiora, & magis aspera aggre
di tẽpus uisũ est. Erat inter ingentes solitudines oppidũ ma/
gnum atq; ualẽs, noĩe Capsa, cuius cõditor Hercules Libys
memorabat̃, eius ciues apud Iugurthã immunes, leui ĩperio,
& ob ea fidelissimi habebãtur, muniti aduersum hostes, non

mœnibus mō & armis atq; uiris, uerū etiā multo magis loco/
rū asperitate. Nā præter oppida ꝓpinqua, alia oīa uasta, in/
culta egētia aquæ, infesta serpētibus. quaꝝ uis, sicuti omniū
ferarū INOPIA cibi acrior. Ad hoc natura serpentiū ipsa
ꝑniciosa, siti magis, q̄ alia re accendit. Eius oppidi potiundi
Mariū maxima cupido īuaserat, cū ꝓpter usum belli, tū qa
res aspa uidebat, & Metellus oppidū Thalā magna gloria
cœperat, haud dissimiliter sitū, munitūq;, nisi quod apd Tha
lā non longe a mœnibus, aliquot fontes erāt, Capsenses una
mō atq; ea intra oppidū iugi aqua, cætera pluuia utebant.
Id ibiq; & in omni Africa, quæ ꝓcul a mari incultius agebat,
eo facilius tolerabat, qa Numidæ plerūq; lacte & ferina ue/
scebant, & neq; salē, neq; alia GVLAE irritamēta q̄rebāt.
Cibus potusq; illis aduersus famē, atq; sitim, nō libidini, neq;
luxuriæ erat. Igit consul oībus exploratis, credo Diis fretus,
nā contra tātas difficultates cōsilio satis ꝓuidere nō poterat,
qppe ēt frumēti inopia tentabat qd Numidæ pabulo peco/
ris magis, q̄ aruo studēt. Et quodcūq; natū fuerat, iussu Re/
gis in loca munita cōtulerant. Ager aūt aridus, & frugū ua/
cuus ea tēpestate. Nam æstatis extremū erat, tamen pro rei
copia satis ꝓuidenter exornat. Pecus omne, qd superioribus
diebus præde fuerat, equitibus auxiliariis agendū attribuit.
Aulū Manliū legatū cum cohortibus expeditis ad oppidū
Laris, ubi stipendiū & cōmeatum locauerat, ire iubet, dicitq;
se prædabundū post paucos dies eodē uenturū, sic incepto
suo occultato, pergit ad flumē Tanā. Cæterū in itinere quo/
tidie pecus exercitui centurias, item p turmas æqualiter di/
stribuerat, & ex coriis utres uti fierent curabat, simul & ino/
piam frumenti lenire, & ignaris omnibus parare, quæ mox
usui

usui forent. Deniq; sexto die cum ad flumen uentum est, maxima uis utrium effecta. Ibi castris leui munimento positis, milites cibũ capere, atq; uti simul cũ occasu solis egrederẽt. paratos esse iubet. Oĩbus sarcinis abiectis, aqua modo, seq; & iumenta onerare. Dein postq̃ tẽpus uisũ castris egreditur, noctẽq; totã itinere facto cõsedit. Idẽ proxima facit. Deinde tertia multo ante lucis aduentũ, puenit ad locũ tumulosum, a Capsa non amplius duũ milliũ interuallo. Ibiq; q̃ occultissime potest, cũ omnibus copiis operitur. Sed ubi dies cœpit, & Numidæ nihil hostile metuẽtes, multi oppido egressi, repente omnẽ equitatũ, & cum his uelocissimos pedites cursu tẽdere ad Capsam, & portas obsidere iubet. Deinde ipse intẽtus propere sequi, neq; milites prædari sinere. Quæ postquã oppidani cognouere, res trepidæ, metus ingens, malum improuisum, ad hoc pars ciuiũ extra mœnia in hostiũ potestate, cogere, uti deditionẽ facerẽt. Cæterũ oppidum incensum, Numidæ puberes interfecti, alii oẽs uenũdati, præda militibus diuisa. Id facinus cõtra ius belli, nõ auaritia, neq; scelere consulis admissum. Sed quia locus Iugurthæ opportunus, nobis aditu difficilis, genus hominũ mobile, infidũ ante neq; beneficio, neq; metu coercitũ. Postq̃ tantã rem peregit Marius, sine ullo suorũ incõmodo, magnus & clarus antea, maior, atq; clarior haberi cœpit. omnia non bene cõsulta, in uirtutem trahebãtur. Milites modesto imperio habiti, simul & locupletes, ad cœlũ ferre, Numidæ magis, q̃ mortalẽ timere. Postremo oẽs socii, atq; hostes credere, illi aut mentẽ diuinã esse, aut Deorũ nutu cũcta portendi. Sed cõsul ubi ea res bene euenit, ad alia oppida pergit, pauca repugnãtibus Numidis cœpit, plura deserta propter Capsẽsium miserias igni

corũpit,luctu, atq; cæde oía complent. Deniq; multis locis potitos, ac plerisq; exercitu incruẽto aliã rem aggredit,non eadẽ asperitate,qua Capsensiũ, cæterũ haud secus difficilẽ. Nãq; haud longe a flumine Mulucha,quod Iugurthæ,Bocchiq; regnũ diuidebat,erat inter cæterã planiciẽ mons saxeꝰ mediocri castello,satis patẽs,in immensũ editus,uno pangusto aditu relicto.Nã oís natura uelut opa, atq; cõsulto præceps, quẽ locũ Marius, quod ibi thesauri regis erãt, summa ui capere intẽdit. sed ea res forte, q̃ cõsilio melius gesta. Nã castello uiroꝝ,atq; armoꝝ satis magna uis,de frumẽti & fõs aquæ,aggeribus,turribusq;, & aliis machinatiõibus erat locus importunus, iter castellanorũ angustũ admodũ,utrinq; præcisũ,uineæ cũ ingenti periculo frustra agebantur.Nã cũ heæ paulo ꝓcesserãt,igni,aut lapidibus corrũpebãtur.milites neq; pro ope cõsistere ꝓpter iniqtatẽ loci,neq; inter uineas sine periculo administrare,optimus quisq; cadere,aut sauciari, cæteris metus augeri. At Marius multis diebus,& laboribus consumptis,anxius trahere cũ animo suo,omitteret ne incœptũ,quoniã frustra erat,an fortunã opperiretur,qua sæpe ꝓspere usus erat. Quæ cũ multos dies,noctesq; æstuãs agitaret,forte quidam Ligus ex cohortibus auxiliariis miles gregariꝰ,castris aquatũ egressus, haud ꝓcul ab latere castelli,qđ aduersũ præliãtibus erat, aíaduertit inter saxa repetẽs Cocleas,quarũ cũ unã,atq; alterã,deinde plures peteret studio legẽdi paulatim prope ad summũ mõtis egressus est,ubi postq̃ solitudinẽ intellexit,more ingenii humani cupido difficilia faciẽdi,aíaduertit.Et forte in eo loco grãdis ilex coaluerat inter saxa, paululũ modo prona, deinde inflexa,atq; aucta in altitudinẽ,quo cũcta gignentiũ natura fert,cuiꝰ ramis
modo

modo mō eminētibus ſaxis nixus Ligus, caſtellis planitiē ꝑ ſcribit, quod cūcti Numidæ intēti præliātibus aderāt. Exploratis oībus, quæ mox uſui fore ducebat, eodē regreditur, non temere, uti aſcēderat, ſed tētatus oīa, & circūſpiciēs. Itaqꝫ Mariū ꝓpere adiit, acta edocet, hortat̃ ab ea parte, qua ipſe aſcēderat, caſtellū tentet, pollicetur ſe ducem itineris, periculiqꝫ nihil eſſe docet. Marius cū ligure ꝓmiſſa eius cognitū ex præſentibus miſit, quorū ali uti cuiuſqꝫ ingeniū erat, ita rem difficilē, aut facilē renūtiauere. Conſulis tamē aīus paululū arrectus. Itaqꝫ ex copia tubicinū, & cornicinū numero qnqꝫ, q̄ uelociſſimos delegit, & cū his, præſidio qui forēt. quatuor centuriones, oēſqꝫ Liguri parere iubet, & ei negocio ꝓximū diem cōſtituit. Sed ubi ex præcepto tēpus uiſum, paratis, & cōpoſitis oībus ad locū pergit. Cæterū illi, qui centuriis præerāt prædocti ab duce, arma, ornatūqꝫ mutauerant. Capite, atqꝫ pedibus nudis, uti proſpectus, niſuſqꝫ ꝑſaxa facilior foret. Suꝑ terga gladii & ſcuta, uerū ea ex Numidica coriis, pōderis gratia, ſimul & offēſa, quo leuius ſtreperāt. Igitur prægrediēs Ligus ſaxa, & ſi quæ uetuſtate radices eminebāt, laqueis uinciebat, qbus alleuati milites facilius aſcenderēt, interdū timidos inſolētia itineris leuare manu, ubi paulo aſperior aſcēſus erat, ſingulos præ ſe inermes mittere. Deīde ipſe cū illorū armis ſequi, quæ dubia niſui uidebantur, potiſſimū tētare, ac ſæpius eadem aſcēdens, deſcendēſqꝫ, deinde ſtatim digrediens, cæteris audaciā addere. Igit̃ diu, multūqꝫ fatigati, tandē in caſtellū ꝑueniunt, deſertū ab ea parte, qđ omnes ſicuti aliis diebus aduerſū hoſtes aderant. Marius ubi ex nūtiis coguouit, quæ Ligus egerat, quanq̄ toto die intētus prælio Numidas habuerat, tum uero cohortatus milites, & ipſe

extra uineas egressꝰ, testudine acta succedere, & simul hostē tormentis, sagittariisq;, & funditoribus eminus terrere. At Numidæ sæpe antea uineis Romanorū subuersis, itē incēsis nō castelli mœnibus sese tutabant̄, sed ꝓ muro dies, noctesq; agitare, maledicere Romanis, ac Mario uecordiā obiectare, Militibus nostris Iugurthæ seruitiū minari, secūdis rebus feroces esse. Interim oībus Romanis, hostibusq; prælio intētis, magna ui utrinq; ꝓ gloria, atq; imperio his, illis ꝓ salute certātibus, repēte a tergo signa canere. At primo mulieres & pueri, qui uisum ꝓcesserant, fugere. Deniq; uti quisq; muro proximus erat, postremo cūcti armati, inermesq;. Qđ ubi accidit, eo acrius Romani instare, fūdere, ac plerosq; tantūmodo sauciare. Deinde sup occisorū uadere corpa, auidi gloriæ certātes murū ascēdere, neq; quenq̄ oīm præda morari. Sic forte correcta Marii temeritas, gloriā ex culpa inuenit. Cæterū dū ea res agit̄. L. Sylla quæstor, cū magno equitatu in castra uenit, qui uti ex Lacio & sociis cogeret exercitū Romæ relictus erat. Sed quoniam nos tanti uiri res admonuit, idoneū uisum est, de natura, cultuq; eius paucis dicere. Neq; eñ alio loco de Syllæ rebus dicturi sumus. & Lucius Sisenna optume & diligētissime oīm, qui ea res dixere, persecutus historiā parū mihi libero ore locutus uidet̄. Igitur SYLLA Patriciæ gētis nobilis fuit, familia prope iā extincta maiorū ignauia. Litteris græcis, ac latinis, iuxta, atq; doctissime eruditus, animo ingenti, cupidus uoluptatū, sed gloriæ cupidior, ocio luxurioso esse, tamē ab negociis nunq̄ eum uoluptas remorata, nisi qđ de uxore potuit honestius cōsuli. facūdus, callidus, & amicitia facilis, ad simulāda negocia altitudo ingenii incredibilis, multarū rerū, ac maxime pecuniæ largitor, atq;

illi felicissimo omniũ ante ciuilẽ uictoriã, nunq̃ sup industriã fortuna fuit, multiq; dubitauere fortior, an felicior esset. Nã postea, quæ fecerit, incertũ habeo, pudeat magis, an pigeat disserere. Igitur Sylla ut supra dictũ est, postq̃ in Africã, atq; in castra Marii cũ eqtatu uenit, rudis antea, & ignarus belli, solertissimus oĩm paucis tẽpestatibus factus est. Ad hoc milites benigne appellare, multis rogãtibus aliis p se ipse beneficia dare, inuitus accipere, sed ea ꝓperãtius, quã æs mutuũ reddere. Ipse ab nullo repetere magis id laborare, uti illi, quã plurimi deberẽt. Ioca atq; seria cũ humillimis agere, in operibus, in agmine, atq; ad uigilias multus esse, neq; interim, qđ praua ambitio solet, Consulis, aut cuiusq̃ boni famã lædere tantũmodo neq; cõsilio, neq; manu aliũ priorẽ pati, plerosq; anteuenire, Quibus rebus & artib9, breui Mario, militibusq; carissimus factus est. At Iugurtha postq̃ oppidũ Capsam aliosq; locos munitos, & sibi utiles, simul & magnã pecuniã amiserat, ad Bocchũ nuntios mittit, q̃primũ in Numidiã copias adduceret, prælii faciundi tempus adesse. Quẽ ubi cunctari accepit, dubiũ belli, atq; pacis rationes trahere. rursus uti antea, proximos eius donis corrumpit, ipsiq; Boccho pollicetur Numidiæ tertiã patẽ, si aut Romani Africa expulsi, aut integris suis finibus bellũ cõpositũ foret. Eo præmio illectus Bocchus cũ magna multitudĩe Iugurthã accedit. Ita amborũ exercitu cõiuncto, Mariũ iam in Hyberna ꝓficiscentẽ, uix decima parte diei reliqua inuadunt, rati noctẽ, quæ iã aderat, & uictis sibi munimẽto fore, & si uicissent nullo impedimento, quod locorũ scientes erãt. Contra, Romanis utrinq; casum in tenebris difficilem fore. Igitur simul consul ex multis de hostium aduentu cognouit, & ipsi hostes aderant, &

priusquã exercitus, aut instrui, aut sarcinas colligere, deniq; anteq̃ signũ, aut imperiũ ullũ accipere quiuit, equites Mauri, atq; Getuli, nõ acie, neq; ullo more prælii, sed cateruatĩ, uti quosq; fors cõglobauerat, in nostros cõcurrunt. Qui oẽs tre/pidi improuiso metu, attamẽ uirtutis memores, aut arma ca. piebãt, aut capiẽtes alios ab hostib9 defensabãt. Pars equos ascendere, ire obuiam hostibus, pugna, latrocinia magis, quã prælio similis fieri, sine signis, sine ordinibus, eqtes, peditesq; ꝑmisti, cædere alios, alios obtrũcare, multos cõtra aduersos acerrime pugnãtes a tergo circũuenire, neq; uirt9, neq; arma satis tegere, qđ hostes nũero plures, & undiq; circũfusi erãt. Deniq; Romani ueteres, nouiq;, & ob ea sciẽtes belli, si quos locus, aut casus coniũxerat, orbes facere, atq; ita ab omĩbus partibus simul tecti & instructi, hostiũ uim sustẽtabãt. Neq; in eo tã aspero negocio Marius territus, aut magis, q̃ antea demisso aĩo fuit, sed cũ turma sua, quã ex fortissimis magis, q̃ ex familiarissimis parauerat uagari passim ac mõ laboran tibus suis succurrere, mõ hostes, ubi cõuertissimi obstiterãt, inuadere manu, cõsulere militibus. quoniã imperare cõturba tis omnibus nõ poterat. Iãq; dies cõsumptus erat, cũ tamen barbari nihil remittere, atq; uti Reges præceperãt, noctẽ ꝓ/se rati acrius instare. Tum Marius ex copia rerũ consiliũ tra hit, atq; uti suis receptui locus esset, colles duos inter se pro/pinquos occupat. Quorũ in uno castris parũ amplo, fons a/quæ magnus erat, Alter usui opportunus, qa magna parte edita, & præcipiti pauca munimẽta quærebat. Ceterũ apud aquã, Syllam cũ eqtibus noctẽ agitare iubet. Ipse paulatim dispersos milites, neq; minus hostibus conturbatis in unũ cõ trahit. Deniq; cũctos pleno gradu in collẽ subducit. Ita reges

loci

loci difficultate coacti, prælio deterrentur, neq; tamen suos longius abire sinunt, sed utroq; colli multitudine circũdato effusi cõsedere, deinde crebris ignibus factis, plerunq; noctis barbari more suo lætari, exultare, strepere pedib9, uocibus, & ipsi duces feroces, quod nõ fugere, ac pro uictoribus sese agere. Sed ea cũcta Romanis ex tenebris, & editioribus locis facilia uisu, magnoq; hortamẽto erãt. plurimũ uero Marius hostiũ imperitia confirmatus, quammaximũ silentium haberi iubet ne signa quidẽ uti per uigilias solebant canere, deinde ubi lux aduentabat, defessis iam hostibus, ac paulo ante somno captis, de improuiso uectigales, item cohortiũ turmarum, legionũ tubicines simul omnes tuba canere, milites clamorem tollere, atq; portis erũpere iubet, Mauri atq; Getuli, ignoto & horribili sonitu repente exciti, neq; fugere, neq; arma capere, neq; omnino facere, aut prouidere quicq̃ poterãt. Ita cũctos strepitu, clamore nullo subueniente, nostris instantibus tumultu, terrore, formidine, quasi uecordia cœperat. Deniq; omnes, fusi, fugatiq;, arma & signa militaria pleraq; capta, pluresq; eo prælio, quã omnibus superioribus interempti. Nam somno & metu insolito impedita fuga. Dein Marius uti cœperat in Hyberna proficiscit̃, ꝓpter commeatũ quẽ in oppidis maritimis agere decreuerat, neq; tamen uictoria socors, aut insolens factus, sed pariter ac in conspectu hostium quadrato agmine incedere. Sylla cum equitatu apud dextimos ĩ sinistra parte. Aulus Manlius cũ fũditoribus & sagittariis, præterea cohorte Ligurũ curabat & primos & extremos cum expeditis manipulis locauerat Tribunos. Perfugæ minime cari, & regionũ scientissimi hostium iter axplorabant. Simul consul quasi nullo imposito

omnia prouidere, apud omẽs adesse, laudare, increpare, mœrentes. Ipse armatus, intentusq; itẽ milites cogebat neq; secus atq; iter faccere, castra munire, excubitũ in portis, cohortes ex legionibus, ꝓ castris equites auxiliarios mittere. Præterea alios sup bellum in munimẽtis locare, uigilias ipse circuire, non tã diffidentia, futura, quæ imperauisset, quam uti militibus exequatus cũ Imperatore labor uolentibus esset. Et sane Marius, illoq;, aliisq; tẽporibus Iugurthini belli pudore magis, quã malo exercitũ coercebat, quod multi per ambitionẽ fieri aiebãt, quod a pueritia consuetã duriciã, & alia, quæ cæteri miserias uocãt, uoluptati habuisset, nisi tamen Respu. pariter ac sæuissimo imperio, bene atq; decore gesta omnia. Igit̃ quarto deniq; die omniã haud lõge ab oppido Cirtha, undiq; simul speculatores citi sese ostendunt. Quare hostis adesse intelligunt. Sed quia diuersi redeũtes, alius ab alia parte, atq; omnes idẽ significabãt, cõsul incertus quonam modo aciem instrueret, nullo ordine cõmutato, aduersum omnia paratus ibidẽ opperitur. Igitur Iugurthã spes frustrata, qui copias in quatuor partes distribuerat, ratus ex omnibus æque aliquos ab tergo hostibus uenturos. Interim Sylla, quẽ primũ hostes attigerãt, cohortatus suos, turmatim, & q̃maxime cõfertis equis, ipse, aliiq; Mauros inuadunt. Cæteri in loco manentes, ab iaculis eminus emissis, corpora tegere, &, siqui in manus uenerãt obtrũcare. Dum eo modo equites præliantur, Bocchus cum peditibus, quos Volux filius eius abduxerat, neq; in priore pugna in itinere morati adfuerãt, postremã Romanorũ aciẽ inuadũt. Tum Marius apd primos agebat, quod ibi Iugurtha cũ plurimis erat. Dein Numida cognito Bocchi aduentu, clam cũ paucis ad

cis ad pedites conuertit, Ibi Latine, (Nam apud Numantiã loqui didicerat,)(exclamat, nostros frustra pugnare, paulo ante Mariũ sua manu interfectũ, simul gladiũ sanguine oblitum ostendere, quẽ in pugna satis impigre occiso pedite nostro cruẽtauerat. Quod ubi milites accepere, magis attrocitate rei, quã fide nuncii terrẽtur, simulq; barbari aĩos tollere, & in perculsos Romanus acrius incedere. Iamq; paulũ a fuga aberãt, cũ Sylla, profligatis iis, quos aduersũ ierat, rediens ab latere Mauris ĩcurrit. Bocchus statim auertit᷑. At Iugurtha dum sustentare suos, & prope iã adeptã uictoriã retinere cupit, circũuentus, ab equitibus dextra, & sinistra omnibus occisis, solus intra tela hostiũ uitabundus erũpit. Atq; interim Marius fugatis eqtibus, accurrit auxilio suis, quos pelli iam acceperat. Deniq; hostes iã undiq; fusi. Tum spectaculũ horribile in cãpis patẽtibus sequi, fugere, occidi, capi, equi, atq; uiri afflicti, ac multi, uulneribus acceptis, neq; fugere posse, neq; quietẽ pati. niti modo, ac statim cõcidere. Postremo omnia, q̃ uisus erat, cõstrata telis, armis cadaueribus, & interea humus ĩfecta sanguine. Postea loci cõsul haud dubie iã uictor, ꝑuenit in oppidũ Cirthã, quo initio ꝓfectus intẽderat, eo post diem quintũ, q̃ iterũ barbari male pugnauerant, legati a Boccho ueniũt, q regis uerbis ab Mario petiuere, duos q̃ fidissimos ad eum mitteret, uelle de suo & de populi Ro. cõmodo cum his disserere. Ille statim Lucium Syllam, & Aulum Manliũ ire iubet. Qui quanq̃ acciti ibant, tamen placuit uerba apud Regem facere, Ingeniũ aut aduersum uti flecterẽt, aut cupidũ pacis uehemẽtius accenderent. Itaq; Sylla cuius facundiæ, non ætati a Manlio concessum est, pauca uerba huiuscemodi locutus.

SYLLAE Oratio ad Bocchum.



Ex Bocche magna nobis est læticia, cum te talem uirum Dii mouere, uti aliquando pacem, quã bellum malles, neu te optimũ cũ pessimo omniũ Iugurtha miscendo cõmaculares, simul nobis demeres acerbam necessitudinem, pariter te errantẽ, & illum sceleratissimũ ꝑsequi. Ad hoc populo Romano iã a principio inopi, melius uisum est, amicos, quã seruos quærere, tutiusq; rati uolẽtibus, quã coactis imperitare. Tibi uero nulla oportunior amicitia nostra, primum quod procul absumus, in quo offensæ minimũ est. gratia par, ac si prope adessemus. Dein quod parẽtes abũde habemus. AMICORVM nobis neq; cuiq̃ hominũ satis fuit. Atq; hoc utinam a principio tibi placuisset. profecto ex populo Romano ad hoc tẽpus multo plura bona accepisses, q̃ mala ꝑpessus es. Sed quoniã humanarũ rerum FORTVNA pleraq; regit, cui scilicet cõplacuit, uim & gratiã nostrã te experiri, nunc quoniã per illam licet, festina, atq; uti cœpisti perge. Multa opportuna habes, quo facilius errata officiis superes. Postremo hoc in pectus tuũ dimitte; nunq̃ populum Ro. beneficiis uictum esse. Nam bello quid ualeat, tu te scis.



D ea Bocchus placide & benigne simul pauca pro delicto suo uerba facit, se nõ hostili animo, se ob regnũ tutandũ arma cœpisse. Nam Numidiæ partem, unde Iugurtham expulerit, iure belli suã factã, eam uastari a Mario pati nequisse. Præterea missis antea Romã Legatis, repulsum ab amicitia. Cæterũ uetera omittere, ac tum si per Marium liceret, Legatos ad Senatũ missurũ. Dein copia facta mittendi, animus Barbari

ab amicis flexus, quos Iugurtha, cognita legatiōe Syllæ & Manlii, metuēs id qđ parabat̃, doñs corruperat. Marius interea in exercitu hybernaculis cōposito, cū expeditis co/hortibus, & parte equitatus ꝓficiscit̃ in loca sola, obsessū turrim regiā, quo Iugurtha ꝑfugas oēs, præsidiū imposue/rat. Tū rursus Bocchus scilicet, seu reputādo quæ sibi duobus præliis euenerant, seu monitus ab aliis amicis, quos in/corruptos Iugurtha reliquerat, ex omni copia necessarioꝝ quīcꝫ delegit, Quorū & fides cognita, & īgenia ualidissima erant. Eos ad Marium, ac deinde, si placet, Romā Legatos ire iubet agendarū rerū, & quocūcꝫ modo belli cōponendi licentiā ipsis ꝑmittit. Illi mature ad hyberna Romanorū ꝓficiscunt̃. Deīde a Getulis latronibus ī itinere circūuenti, spoliaticꝫ, pauidi, sine decore ad Syllā profugiunt, quē con sul in expeditionē ꝓficiscens, pro prætore reliquerat. Eos ille nō pro uanis hostibus, ut meriti erāt, sed accurate & li/beraliter habuit. Quare Barbari & famā Romanorū auaritiæ falsam, & Syllā ob munificentiā in se amicū rati sūt. Nam etiā non largitio multis ignota erat, nemo munificus putabat̃, nisi pauꝑ uolēs, dona oīa in benignitate habebā/tur. Igit̃ quæstori mandata Bocchi patefaciūt, simul ab eo petūt, uti fautor, cōsultorcꝫ sibi adsit, copias, fidem, magnitudinem Regis sui, & alia, quæ aut utilia, aut beneuolētiæ esse credebāt, oratiōe extollūt. Deinde Sylla oīa pollicito docti quomō apud Mariū, itē apud Senatū uerba facerēt, circiter dies. xl. ibidē operiunt̃. Marius ubi confecto nego/cio, quo intēderat, Cirthā rediit, de aduentu Legatorū certior factus, illos & Syllā ad se Vticā uenire iubet. Itē Luciū Belligenū prætorē, præterea oēs undicꝫ Senatorii ordinis

quibus cũ mãdata Bocchi cognoſcit, qbus mãdatis Legatis poteſtas Romã eũdi, ab cõſule interea induciæ poſtulabant. Ea Syllæ, & pleriſq; placuere pauci uero ferocius decernunt. ſ. ignari rerũ humanarũ, quæ FLVXE & mobiles ſæpius in aduerſa mutãtur. Ceterũ Mauri impetratis omnibus., res Romã profecti ſunt cũ. C. Octauio Rufone, q quæſtor ſtipendiũ in Africã portauerat. Duo ad Regẽ redeunt. Ex his Bocchus cũ cætera, tũ maxime benignitatẽ & ſtudiũ Syllæ accepit. Romæ quoq; Legatis eius poſtq̃ erraſſe Regẽ, & Iugurthæ ſcelere lapſum deprecati ſunt, amicitiã & fœdus petẽtibus hoc mõ reſpõdetur. SENATVS & Populus Ro. bñficii & iniuriæ memor eſſe ſolet. Cæterũ Boccho, quoniã pœnitet delicti, gratiã facit, fœdꝰ & amicitia dabunt cũ ꝓmeruerit. quibus rebus cognitis, Bocchus ꝑ litteras a Mario petiuit, ut Syllã ad ſe mitteret cuius arbitratu de cõmunibus negotiis cõſuleret. Is miſſus cũ præſidio equitũ, atq; peditũ, funditoꝝ, Balearioꝝ, præterea ſagittarii, & cohors peligna cũ uelitaribus armis, itineris ꝓperandi cauſſa, neq; his ſecus, atq; aliis armis aduerſus tela hoſtiũ, qđ, ea leuia ſunt, muniti erãt. Sed in itinere quinto deniq; die Volux filius Bocchi, repente in cãpis patẽtibus cũ mille nõ amplius eqtibus ſeſe oſtẽdit, q temere & effuſe euntes, Syllæ aliiſq; oĩbus & numerũ ampliorẽ uero, & hoſtilẽ metũ efficiebãt. Igitur qſq; ſeſe expedire, arma atq; tela tẽtare, intendere timor aliquãtus, ſed ſpes amplior, qppe uictoribus aduerſum eos, quos ſæpe uicerant pugnaturis. Interim eqtes exploratũ præmiſſi rẽ (uti erat) quietã nũtiãt. Volux adueniẽs quæſtorẽ appellat, dicitq; ſe a patre Boccho obuiã illi ſimul, & præſidio miſſum. Deinde

inde per eũ, & ꝓximũ diẽ ſine metu cõiuncti eunt. Poſt ubi caſtra locata, & diei ueſper erat, repente Maurus incerto uultu pauẽs ad Syllã accurrit, dicitq; ſibi a ſpeculatoribus cognitũ, Iugurthã haud procul abeſſe, ſimul uti noctu clã ſecũ ꝓfugeret, rogat, atq; hortat͂. Ille aĩo feroci negat ſe toties fuſum Numidã ꝑtimeſcere, uirtuti ſuorũ ſatis credere, etiã ſi certa peſtis adeſſet manſurũ potius, q̃ ꝑditis quos ducebat, turpi fuga, incertæ, ac forſitan poſt paulo ĩteritu ræ morbo uitæ parceret. Cæterũ ab eodẽ monitus, uti noctu ꝓficiſceret͂, conſiliũ approbat, ac ſtatim milites cœnatos eſſe in caſtris, igneſq; creberrimos fieri. Deinde prima uigilia ſilẽtio egredi iubet. Iamq; nocturno itinere feſſis oĩbus, Sylla pariter cũ ortu Solis caſtra metabat͂, cũ equites Mauri nunciãt Iugurthã circiter duũ milliũ interuallo, ante eos conſediſſe. Quod poſtq̃ auditũ eſt, tũ uero ingens metus noſtros inuadit, credere ſe proditos a Voluce, & inſidiis circũuentos. Ac fuere qui dicerẽt manu uindicandũ, neq; apud illum tantũ ſcelus inultũ relinquendũ. At Sylla quanq̃ eadẽ exiſtimabat, tamen ab iniuria Maurũ ꝓhibet, ſuos hortatur, uti fortẽ animũ gererẽt. Sæpe antea paucis ſtrenuis aduerſus multitudinem bene pugnatũ, QVANTO ſibi in prælio minus peperciſſent, tanto tutiores fore. Nec decere quẽ manus armauerit, ab inermibus pedibus auxiliũ petere. in maximo metu nudũ & cæcũ corpus ad hoſtes uertere. deinde Volucẽ, quoniã hoſtilia faceret, Iouem maximũ obteſtatus, ut ſceleris atq; ꝑfidiæ Bocchi teſtis adeſſet, caſtris abire iubet. Ille lachrymãs orare, ne ea crederet, nihil dolo factum, ac magis calliditate Iugurthæ, cui uidelicet ſpeculanti iter ſuũ cognitũ eſſet. Cæterũ quo-

niã ingentẽ multitudinẽ nõ haberet,& spes,opesq; eius oẽs ex parte suo penderẽt,crederet illũ nihil ausurũ palã, cum ipse filius testis adesset. Quare optimũ factu uideri sibi,ꝑ media eius castra palã trãsire sese præmissis uel ibidẽ reli- ctis Mauris, cũ Sylla solũ iturũ. Ea res uti in tali negocio ꝓbata,ac statim ꝓfecti,qa de improuiso accesserãt,dubio atq; hæsitãte Iugurtha,incolumes trãseunt.Deinde paucis diebus quo ire intẽderant,peruentũ est. Ibi cũ Boccho Nu mida quidã nomine Aspar multũ & familiariter agebat, præmissus ab Iugurtha,postq̃ Syllam accitũ audierat,ora tor & subdole speculatũ Bocchi cõsilia ierat.Præterea Da bar Massægrade filius ex gẽte Masinissæ,cæterũ materno genere impar. Nã mater eius ex cõcubina orta erat,ob in- genii multa bona Mauro carus, acceptusq; quẽ Bocchus fidũ Romanis multis antea tẽpestatibus exptus,illico ad Syllã nunciatũ mittit,paratũ sese facere,quæ uellet,collo quio diẽ,locũ, tẽpus ipse deligeret. Cõsulta sese oĩa cũ illo integra habere. neu Iugurthæ Legatũ ꝑtimesceret, accitũ esse,quo res cõmunis licẽtius gereret. Nã ab ĩsidiis eius ali ter caueri nequisse. Sed ego cõperior,Bocchũ magis pu- nica fide,quam ob ea,quæ prædicabat,simul Romanos & Numidã spe pacis detinuisse,Multũq; cũ aĩo suo uoluere solitũ Iugurthã Romanis,an illi,Syllã traderet, libidinem aduersum nos,metũ ꝓ nobis suasisse. Igit̃ Syllã pauca se corã Aspare locuturũ.Cætera occulte,aut nullo,aut q̃pau cissimis præsentibus,simul edocet, q̃ responderent̃. Postq̃ sicuti uoluerãt,cõgressi,dicit se missũ a cõsule uenisse quæ- sitũ ab eo,pacem,an bellũ agitaturus foret. Tunc Rex.uti præceptũ fuerat,post diẽ decimũ redire iubet,ac nihil etiã

nunc decreuisse, sed illo die responsurũ de inde ambo in sua castra digressi. Sed ubi (plerunq; noctis processit) Sylla a Boccho occulte accersitur, ab utroq; tantũmodo fidi interpretes adhibentur. Præterea Dadar internuntius, sanctus uir iurat ex sententia amborum, ac statim sic Rex incipit.

ORATIO BOCCHI.

NVnquã ego ratus fore, uti Rex maximus in hac terra, & oĩm, quos noui opulẽtissimus priuato homĩ gratiã deberẽ. & me Hercule Sylla ante cognitũ multis orãtibus aliis ultro egomet opẽ tuli, nullius indigui, id immutatũ, q̃d cæteri dolere solẽt, ego lætor, fuerit mihi preciũ aliq̃do eguisse tuæ amicitiæ, qua apud animũ meũ nihil carius habeo. Id adeo experiri licet, arma, uiros, pecuniã, postremo q̃dq̃d aĩo libet, sume, utere & quoad uiues, nunq̃ tibi redditã gratiã putaueris, semper apud me integra erit. Deniq; nihil frustra uoles, me sciente. Nam ut ego existimo, REGEM armis, q̃ munificentia uinci, minus flagitiosum. Cæterũ de Rep. uestra, cuius huc curator missus es, paucis accipe. Bellum populo Ro. nunq̃ paraui, neq; factum uolui. Fines meos aduersum armatos, armis tutatus sum. Id omitto, quãdo uobis ita placet. Gerite uti uultis cum Iugurtha bellum. Ego flumen Muluchã, quod inter me & Micipsam fluit, non egrediar, neq; Iugurtham sinam. Præterea si quid me, uobisq; dignum petieris, haud repulsus abibis. Ad ea Sylla pro se breuiter & modice, de pace, & de cõmunibus rebus multis disseruit. Deniq; Regi patefecit, quod polliceatur, Senatum & populũ Ro. quoniã amplius armis ualuissent, non in gratia habituros. faciendum aliquid, quod illorum magis, quam sua retulisse

uideretur id, adeo in promptu esse, quoniã Iugurthæ copiã haberet, quẽ si Romanis tradidisset, fore ut illi plurimũ de/betur, amicitiã, fœdus, Numidiæ partẽ, q̃ nunc peteret, tũc ultro aduenturã. Rex primũ negare, affinitatẽ, cognationẽ, præterea fœdus interuenisse. ad hoc metuere, ne fluxa fide usus, populariũ animos auerteret, qs & Iugurtha carus, & Romani inuisi erant. Deniq; sæpius fatigatus leniter ex uo/lũtate Syllæ omnia se facturũ promittit. Cæterũ ad simu/landã pacẽ, cuius Numida defessus bello auidissimus erat, quæ utilia uisa, cõstituunt. Ita cõposito dolo digrediunt̃, At rex postero die Asparẽ Iugurthæ legatũ appellat, dicitq; si/bi p Dabarẽ ex Sylla cognitũ posse cõditionibus bellũ cõ/poni. Quãobrẽ regis sui sententiã exq̃reret. Ille lætus in ca/stra Iugurthæ uenit. Deinde ab illo cũcta edoct9, ꝑperato itinere, post diẽ octauũ redit ad Bocchũ, & ei nunciat Iugur/tham cupere omnia, quæ imperarentur, facere, sed Mario parũ confidere. Sæpe antea cum imperatotibus Romanis pacẽ conuentã frustra fuisse. Cæterũ Bocchus, si ambobus consultũ, & ratã pacem uellet, daret operã, ut una ab omni/bus, quasi de pace in colloquiũ ueniret̃, ibiq; sibi Syllam tra/deret, cũ talẽ uirum in potestatẽ habuisset, tũ fore, uti iussu Senatus, aut populi Ro. fœdus fieret, neq; hoiem nobilem non sua ignauia, sed ob Remp. in hostiũ potestate relictum iri. Hæc Maurus secũ ipse diu uoluens, tandẽ ꝓmisit. Cæte/rũ dolo, an uero cõctatus, parũ comperimus. sed plerunq; REGIAE uoluntates, ut uehemẽtes, sic mobiles, sæpe ipse sibi aduersæ. Postea tẽpore & loco constituto in colloquiũ uti de pace ueniret̃, Bocchus Syllam mõ, modo Iugurthæ legatũ appellare, benigne habere. Idem ambob9 polliceri.

Illi læti pariter, ac bone spei esse pleni, Sed nocte ea, quæ ꝓ/
xima fuit ante diẽ colloquio decretũ, Maurus adhibitis ami
cis, ac statim immutata uolũtate remotis cæteris dicit secũ
ipse multa agitauisse uultu, colore, ac motu corporis, pari/
ter, atqȝ animo uarius, quæ scilicet tacente ipso occulta oris
immutacione patefecisse, tamẽ postremo Syllam accersiri
iubet & ex eius sentẽtia Numidæ insidias tendit. Deinde ubi
dies aduenit, & ei nuntiatũ est Iugurthã haud ꝓcul abesse,
cũ paucis amicis & quæstore nostro, quasi obuius honoris
caussa procedit in tumulum facillimũ uisu insidiãtibus. Eo/
dem Numida cũ plerisqȝ necessariis inermis, uti dictũ erat,
accedit. Ac statim signo dato, undiqȝ simul ex insidiis inuadi
tur. Cæteri obtrũcati. Iugurtha Syllæ uinctus traditur, &
ab eo ad Marium deductus est. Per idem tẽpus aduersum
Gallos abducibus nostris. Q. Cepione, &. M. Manlio male
pugnatũ. Quo metu Italia omnis cõtremuerat, illiqȝ & inde
usqȝ ad nostram memoriã Romani, sic habuere, alia omnia
uirtuti suæ prona esse, cum Gallis pro salute, nõ pro gloria
certare. Sed postq̃ bellum in Numidia confectum, & Iugur
tham Romam uinctum adduci nuntiatũ est, Marius consul
absens factus est, & ei decreta prouincia Gallia Isqȝ Calen/
dis Ianuariis magna gloria consul triumphauit, ea tempe/
state spes, atqȝ opes ciuitatis in illo sitæ.

EINIS. LAVS DEO.

Vinnæ Pannoniæ per Hieronymum Vietorem. Expensis vero
Leonardi & Lucæ Alantsæ fratrum. Mense Octob.
ANNO DOMINI. M. D. XVI.

Congratulamini Omnes Charissimi

Initio Nomine Dei



Ego Sum poss



